

Biblioteka Muzeum im. Dzieduszyckich
we Lwowie.

S. 1.a.



**Digitization of the scientific library of the
State Museum of Natural History of NAS**

Linnaei Caroli Caroli Linnaei Equitis De Stella Polari, Archiatri Regii, Med. Et Botan. Profess. Upsal. Acad. Upsal. Holmens. Petropol. Berol. Imper. Lond. Monspel. Tolos. Florent. Soc. Systema Naturae - per Regna Tria Naturae, Secundum Classes, Ordines, Genera, Species, Cum Characteribus, Differentiis, Synonymis, Locis / C. Linnaei. - Halae Magdeburgicae: IO. IAC. CURT. – Tomus 1. – 1760. – 824 p.

Download a copy of the book from the site:

<https://libsmnh.com.ua>

Permanent link to the book page:

https://libsmnh.com.ua/books/linnaei_caroli/systema_naturae_tomus_1/

L 15
1877-24.





CAROLI LINNAEI

EQVITIS DE STELLA POLARI,

ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. VPSAL.

ACAD. VPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.

LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA
NATVRAE

PER

REGNA TRIA NATVRAE,

SECVNDVM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,


CVM

CHARACTERIBVS, DIFFERENTIIS, SYNONYMIS, LOCIS,
TOMVS I.

PRAEFATVS EST

IOANNES IOACHIMVS LANGIVS

MATH. PROF. PVBL. ORD. HALENS. ACAD. IMP. ET BORVSS. COLLEG



12

Numeros et Nomina



Gründler inv. et sc. Hal.

AD EDITIONEM DECIMAM REFORMATAM HOLMIENSEM.

HALAE MAGDEBVRGICAE

TYPIS ET SVMTIBVS IO. IAC. CVRT. M DCC LX

O IEHOVA

Quam ampla sunt Tua Opera!

Quam sapienter Ea fecisti!

Quam plena est Terra possessione Tua!

S:AE
CELSI

D. N.
REGI

AD

ED

O
A

...M: TIS
...IMO ILLVSTRIS
COMITI

CAR. G. TESSIN,

REGNIQUE SVIOGOTHICI SENATORI,
REGIAE CANCELLARIAE PRAESIDI,
AVLAM REGIARVM CELSITVDINVM SVMMO
MARESCHALLO,
ATIONI SERENISS. PRINCIPIS GVSTAVI PRAEFECTO,
CANCELLARIO ACADEMIAE ABOENSIS,
INIS S:AE R:AE MAIEST. SERAPHINORVM EQVITI
BRATO ET COMMENDATORI, EQVITI AVRATO DE AQVILA
WIGRA, NEC NON OMNIVM S:AE R:AE MAIEST. SVECICAE
ORDINVM CANCELLARIO
SACRVM.

Cum quis auctor speret se apud posteros gratiam
habere et posse secum duratura nomina educere,
AVCTORI meae fortunae Libellum decimo nunc offero;
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetiit;
ILLE mihi spartam Medici classici procuravit;
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliauit;
ILLE mihi Titulum, quo distinguor, paravit;
ILLE me ad Sereniss. Reges introduxit;
ILLE meas errare boues ut cernis et ipsum
ludere quae vellem calamo permisit agresti;

quare
cana prius gelido desint absinthia ponto
quam immemor viam

TANTI MAECENAT

Vpsaliae 1757,
d. 24 Maii.

Nr. inwentarza
A-7.

Cultor de
C. LIN

O I E H O V A

Quam ampla sunt Tua Opera!

Quam sapienter Ea fecisti!

Quam plena est Terra possessione Tua!

S:AE R:AE M:TIS SVMMAE FIDEI VIRO
CELSISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE

C O M I T I

D.^{NO} CAR. G. TESSIN,

REGIS REGNIQVE SVIOGOTHICI SENATORI,
REGIAE CANCELLARIAE PRAESIDI,
AD AVLAM REGIARVM CELSITVDINVM SVMMO
MARESCHALLO,

EDVCATIONI SERENISS. PRINCIPIS GVSTAVI PRAEFECTO,
CANCELLARIO ACADEMIAE ABOENSIS,
ORDINIS S:AE R:AE MAIEST. SERAPHINORVM EQVITI
AVRATO ET COMMENDATORI, EQVITI AVRATO DE AQVILA
NIGRA, NEC NON OMNIUM S:AE R:AE MAIEST. SVECICAE
ORDINVM CANCELLARIO

S A C R V M.

Cum quiuis auctor speret se apud posteros gratiam
habere et posse secum duratura nomina educere,
AVCTORI meae fortunae Libellum decimo nunc offero;
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetiit;
ILLE mihi spartam Medici clasfici procuravit;
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliauit;
ILLE mihi Titulum, quo distinguor, parauit;
ILLE me ad Sereniss. Reges introduxit;
*ILLE meas errare boues ut cernis et ipsum
ludere quae vellem calamo permisit agresti;*

quare

*cana prius gelido desint absinthia ponto
quam immemor viuam*

TANTI MAECENATIS

Vpsaliae 1757,
d. 24 Maii.

Nr. inwentarza

A-7.

Cultor deuotissimus
C. LINNAEVS.

*Magnus est DEVS noster,
et magna est potentia Eius,
et potentiae Eius non est numerus.*



NATVRALISTIS

IOANNES IOACHIMVS LANGIVS.



Vos compello, et denominatione hac, vobis honorifica, designo, qui in *Historiae naturalis* studio ita versamini, vt in cognitione rerum naturalium acquirenda et augenda non circa singularia et indiuidua dignoscenda atque sicut vsus fert denominanda haereatis, sed subiecta haec secundum *conuenientiam* et *differentiam* nosse cupiatis. Ita enim *varietates* a *speciebus*, has a *generibus* caute distinguere, in *ordines* et *classes* digerere atque notiones suas adaequatis *descriptionibus*, *appellationibus* et *terminis technicis* munire gaudetis. Vobis offertur omnium subectorum, quae ex tribus naturae regnis innotuerunt, adaequata, concinna, distincta descriptio: imo, quod vix optari, nedum expectari poterat; habetis non classium solum et ordinum; sed et generum atque specierum

NUMEROS ET NOMINA.

P R A E F A T I O.

Tanto maius pretium huic labori est constituendum, quo magis expedita via nunc per amplissima haec regna patet. Omnes hactenus in lucem protracti thesauri naturae hic in compendio quidem, non parca tamen manu, offeruntur. Fructum hunc debemus stupendo illi labori et sollertiae nunquam satis mirandae, qua summus LINNAEVS in suam potestatem redegit haec omnia nobisque tradidit. Et quam multae operae in hoc negotio exantatae nostrum conspectum fugiunt? Non vnum enim Augiae stabulum *Herculi* huic fuit repurgandum. Erat tempus, de quo Virgilius canit:

Nauiata tunc stellis numeros et nomina fecit.

Noster Eques de stella polari, dum animalibus, vegetabilibus, mineralibus

numeros et nomina fecit,

stellarum, quae videri, distingui et numerari possunt, numerum et nomina multoties superauit. Labor vero is, quo characteres obseruantur, subiecta affinia affinis comparantur, in ordinem concinnum rediguntur, descriptionibus et appellationibus ornantur, longe illum superat, quo nauita fecisse dicitur

Numeros et nomina.

Vel meo exemplo intelligo, quanta sint perillustri LINNAEI in studium Historiae naturalis merita, et quanta alacritate hunc laborem suscepturi sint *naturalistae*. Mihi valde iuueni obuiam quasi iuerunt petrefacta agri Halensis et Mansfeldensis, inuitarunt me, vt lapidicinas et fodinas xylanthracum, lithanthracum, schisti cupriferi, atque officinas fusorias et eliquatorias in vicinia lustrarem. Haec visa ad studia academica et scientiam imprimis naturalem accedentem inuitarunt, vt in metalli fodinas Saxoniae, Bohemiae, Herciniae, Thuringiae descenderem. Nulla ex eo tempore dies erat sine linea, apparatus rerum naturalium, indies augebatur, studium subiecta haec distincte cognoscendi cum mole et numero crescebat. Tales eo magis desiderabam descriptiones, quales Botanici, de re-
gno

P R A E F A T I O.

gno vegetabili dederunt, quo lubentius ego, muneri docendi publico admotus, iuuenum animos ad haec studia incendere, incensos erudire cupiebam, praesertim cum anno 38 videre mihi contigerit LINNAEI nostri *Genera plantarum*. Quoscumque scriptorum antiquorum, mediorum, recentiorum consulebam, illi me multis synonymis, homonymis, descriptionibus obscuris, incompletis ambiguis onustum, vera et distincta cognitione vacuum, dimittebant: ut saepius dicendum mihi fuerit:

Fecistis probe:

Incertior sum multo, quam dudum.

Ipse tentabam, cum anno 35 *Elementa philosophiae naturalis* edidissem, lapides hos mouere, chemiae principiis in subsidium vocatis. Cum vero anno 38 D. I. I. LAWSON in itinere suo me inuideret et viderem *Systema naturae*, quod solo nomine ex praefatione *Generum plantarum* noueram, statim mentem meam in tantum mutauit, ut magnum hunc architectum sequi maluerim, quam nouum frueri aedificium, atque de edendo apud nos et simul in germanicam linguam transfundendo hoc systemate sollicitus fui. Lectiones meae in Historiam naturalem institutae mihi ipsi et auditoribus meis multo magis factae sunt iucundae et proficuae dum Tantum sequeremur ducem. Vix dici potest quantum hinc auctus fuerit amor in Historiam naturalem, plures institutae sunt rerum naturalium collectiones, ex meis his, vel potius Magni LINNAEI, discipulis euaserunt in scholis et gymnasiis quibusdam doctores Historiae naturalis. Ea apud nos fieri coeperunt, quae ut fierent I. BROWALLVS in *Discursu de introducenda in Scholas et Gymnasia Historiae naturalis lectione*, qui *Criticae Botanicae* iunctus est, optauit. Aucto ita discipulorum numero augebitur et docentium numerus, atque ita studium hoc, quod fieri potest et debet, tandem vniuersale fiet. Nec vanum esse hoc augurium, res ipsa loquitur. Post primam enim editionem Lugdunensem huius systematis habemus

P R A E F A T I O.

extra *Sueciam* alteram *Lugdunensem*, duas *Halenfes*, *Lipsiensem* vnam, *Parisiſiam* vnam. Ipſe *Perilluſtris au-
ctor* iteratis editionibus *Holmiensibus* incrementis *Hiſto-
riae naturalis* ita proſpexit, vt nunc exhibuerit *decimam
editionem*, quam appellauit *reformatam*, nos denomi-
nationem *locupletiffimae editionis* iure meritoque addimus.
Ea, quibus haec editio decima habet prae reliquis prae-
cipua, vel ex ipſius molis augmento ſpectator aeſtimare
poterit, attentus lector autem longe plura, eaque ſummo
ſtudio in compendium redacta reperiet, quam ipſa moles
polliceri videbatur. Noſtrum non eſt ea hic recensere,
quae ad naturam ipſam reſormata, quae de nouo addita
ſunt. Videantur abunde in ipſo opere, quae breuiter
delineata ſunt in *Ratione Editionis*. Quae cum ita eſſent,
nec tamen ſatis diu valde deſiderata haec editio apud nos,
et vix niſi valde magno pretio haberi potuerit, non potui
non inſtitutum typographi noſtri, *Viri eximii I. I. Curt*, de
recudenda apud nos hac ipſa editione decima probare;
praefertim cum ex primis plagulis mihi oblatis intellige-
rem; eum nullis ſumtibus, nulli operae parcere, ſed ope-
ram dare vt noſtra editio *Holmiens*i nitore chartae et
elegantia typorum minime cederet. Nec diſplicuit con-
ſilium typographi de addenda titulo operis ſculptura ad
rem ipſam valde appoſita. Ante omnia vero commen-
dauit vt, quam fieri poſſet ſine mendis haec editio exemplar
*Holmiens*e referret. Quam hoc in tot nominibus, in
tot numeris ſit difficile, aequi rerum arbitri intelligunt.
Puto tamen meam, quam in plurimis plagulis hac in re,
quantum per reliquas occupationes licuit, adhibui ope-
ram, pauca praeteruidiſſe, tempeſtiue indicanda. Vale,
lector beneuole, et his, tanquam *naturaliſta*, nomine hoc
dignus, ita vttere, vt gloria in auctorem naturae ſum-
mum, vtilitas in publicum redundet, quem Tibi ipſe
LINNAEVS *Hiſtoriae naturalis* commendauit finem et
uſum. Dabam in Regia *Fridericiana Halenſi*, menſe Fe-
bruario Anni M DCC LX.

RATIO



RATIO EDITIONIS.

SYSTEMA NATVRAE iteratis vicibus prodiit.

1. Leydae 1735 Folio imper. pag. 12. a me per I. F. GRONOVIVM.
Conspectus tantum operis et quasi Mappa Geogr.
2. Holmiae 1740 Octauo. pag. 80. a me ipso reuifum.
Auctum Animalium nomenclaturis, characteribus.
3. Halae 1740 Quart - oblong. pag. 70. per I. I. LANGE.
Latino-germanice, caeterum idem cum 1.
4. Parisiis 1740 Octauo. pag. 108. t. I. per B. IVSSIEVM.
Adiecta nomina Gallica. idem cum 2.
5. Halae 1747 Octauo. pag. 88. per M. G. AGNETHLER.
Nomina Germanica, caeterum idem cum 2.
5. Holmiae 1748 Octauo. pag. 232. t. 8. auctum a me ipso.
Characteres essent. Vegetabilium, Species Anim. et Lapid.
7. Lipsiae 1748 Octauo. pag. 232. t. 8. per Typographum.
Nomina Germanica, caeterum idem cum 6.
- Holmiae 1753 Octau. p. 136. Vegetabilia per I. I. HAARTMAN.
At regnum Lapideum Scarae 8vo per MÖLLER.
- Leydae 1756 Octauo. pag. 226. per GRONOVIVM.
Paucissima de Anibus, Piscibus. idem cum 6.
- Holmiae hac editione, longe auctius factum a me ipso:
*Species animalium omnium mihi cognitorum cum Differentiis,
Synonymis, Locis, nominibus Triuialibus.*
- Methodus *Animalium* ex nouis obseruatis reformata.
- Piscium* imprimis noua methodus cum Auctorum obseruatis radiis pinnarum.
- Plantarum* reformati characteres, emendatae differentiae variae.
- Lapidum* plures species, obseruationes, et omnium Nom. Triuialia.
- Obferuationes* in Regna Naturae nouae, cum introductione in Naturam.

COLLECTANEA, quae obtinere potui, disposui; imprimis
adiuuarunt

S: i ADOLPHI FRIDERICI Regis Museum *tom. I.* quem edidi,
et *tom. 2. Msc. de Animalibus* exoticis, quem composui.

S: ae LOVISAE VLRICAE Reginae Museum *Msc.*
in *Conchiliis* et *Insectis* stupendum, descriptionibus adornauit.

C. TESSIN Museum. Holm. 1753. Fol.
in *Lapidibus* et *Conchiliis* magnificentum.

C. DE GEER Museum.

Amphibiis, *Insectis* aliisque rarioribus diues.

VPSALIENSIS Museum Academiae:

ex *Animalibus* vndiquaque conquisitis.

STOCKHOLMENSIS Museum Academiae Scientiarum.

Variis pulchris naturalibus scatens.

ITINERA propria: *Oelandicum* 1741, *Gotlandicum* 1741, *Westrogothicum* 1746, *Scanicum* 1749, edita; et *Lapponicum* 1732, *Dalekarlicum* 1734 inedita.

Discipulorum quondam meorum instituta Itinera, mihi, ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua:

C. TERNSTROEM in *Asiam* (sed perijt in *Poulicandor*) 1745.

P. KALMI in *Pensylvaniam* et *Canadam*. 1747.

L. MONTINI in *Lapponiam Lulensem*. 1749.

F. HASSELQVIST in *Aegyptum* et *Palaestinam*. 1749.

O. TORENI in *Malabariam* et *Surdttc*. 1750.

P. OSBECKII in *Chinam* et *Iauam*. 1750.

P. LOEFLINGII in *Hispaniam* et *Americam*. 1751.

P. I. BERGII in *Gotlandiam* insulam. 1752.

M. KAEHLERI in *Italiam* et *Apuliam*. 1752.

D. SOLANDRI in *Lapp. Pitensem* et *Tornensem*. 1753.

D. ROLANDRI in *Surinamum* et *Eustatium*. 1755.

FINEM Operis obtinero, si inde

Peregrinatores dignoscant notiora antea naturalia.

Curiosi attentiores *Musea* intrantes, visa intelligant.

Docti noua, nec trita, *actis* suis inferant.

Scientia facilius *augeatur* sepositis vulgatoribus.

Nomina magis stabiliantur, imprimis *Triuialia* et *Generica*.

His vtere L. B. donec alii plura praestantioraque sistant.

Vpsaliae 1757. Maii 24.

IN-

Docuisti me DEVS a iuuentute mea,
et vsque nunc pronuntiabo Mirabilia Tua.

I N T R O I T V S.

HOMO mundi intraturus theatrum, quaeritur *Quis sit: unde ortus?* e stemmate Creationis; *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo munere?* curiosum esse similemque quidem reliquis animantibus (quae vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda stabula quaerunt, proximis sui generis inferuiunt, vitam tuentur, sentiunt, percipiunt,) sed nobiliorem, utpote qui meditatur, ratiocinatur, miratur pulchrum sapientis opus Artificis. O quam contenta res est homo, nisi supra humana se erexerit! Quid enim erat cur in numero viuentium se positum gauderet? an ut Cibos et Potiones percolaret? ut hoc corpus casurum periturumque sarciret? quae tanta necessitas in fundum telluris intimae hominem merfit, ut oblitus dierum, oblitus fortunae melioris, ab hoc se auerteret? Puto certe multos ad sapientiam peruenturos, nisi superbia magnae fortunae inflati, putassent se peruenisse; sapiens utique est, qui fines respicit.

Finis Creationis telluris est gloria DEI ex Opere Naturae per Hominem solum.

Tanto igitur magis nosse Naturam operae pretium, quo nullum maius est! neque enim quidquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, cum multa lateant futura vsui, quam quod hominem Magnificentia sua detinet, nec mercede, sed Miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti nostris oculis committitur, et quam multa, praeter haec, quae vidimus, in secretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia DEVS humanis oculis nota fecit. Multa etenim sunt quae esse audiuius, qualia autem sint ignoramus! quamque multa venientis aevi populus, ignota nobis, sciet! multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur; veniet tempus, quo ista quae nunc latent, in lucem dies extrahat et longioris aevi diligentia. Rerum enim Natura sacra sua non simul tradit;

COLLECTANEA, quae obtinere potui, disposui; imprimis adiuuarunt

S: i ADOLPHI FRIDERICI Regis Museum *tom. I.* quem edidi, et *tom. 2. Msc. de Animalibus exoticis*, quem composui.

S: ae LOVISAE VLTRICAE Reginae Museum *Msc.* in *Conchiliis* et *Insectis* stupendum, descriptionibus adornauit.

C. TESSIN Museum. Holm. 1753. Fol. in *Lapidibus* et *Conchiliis* magnificum.

C. DE GEER Museum. *Amphibiis*, *Insectis* aliisque rarioribus diues.

VPSALIENSIS Museum Academiae: ex *Animalibus* vndiquaque conquisitis.

STOCKHOLMENSIS Museum Academiae Scientiarum. Variis pulchris naturalibus scatens.

ITINERA propria: *Oelandicum* 1741, *Gotlandicum* 1741, *Westrogothicum* 1746, *Scunicum* 1749, edita; et *Lapponicum* 1732, *Dalekarlicum* 1734 inedita.

Discipulorum quondam meorum instituta Itinera, mihi, ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua:

C. TERNSTROEM in *Asiam* (sed periit in Poulicandor) 1745.

P. KALMII in *Pensylvaniam* et *Canadam*. 1747.

L. MONTINI in *Lapponiam Lulesem*. 1749.

F. HASSELQVIST in *Aegyptum* et *Palaestinam*. 1749.

O. TORENI in *Malabariam* et *Suratte*. 1750.

P. OSBECKII in *Chinam* et *Iauam*. 1750.

P. LOEFLINGII in *Hispaniam* et *Americam*. 1751.

P. I. BERGII in *Gotlandiam* insulam. 1752.

M. KAEHLERI in *Italiam* et *Apuliam*. 1752.

D. SOLANDRI in *Lapp. Pitensem* et *Tornensem*. 1753.

D. ROLANDRI in *Surinamum* et *Eustatium*. 1755.

FINEM Operis obtinero, si inde

Peregrinatores dignoscant notiora antea naturalia.

Curiosi attentiores *Musea* intrantes, visa intelligant.

Docti noua, nec trita, *actis* suis inferant.

Scientia facilius *augeatur* sepositis vulgatoribus.

Nomina magis stabiliantur, imprimis *Triuialia* et *Generica*.

His vtere L. B. donec alii plura praestantioraque sistant.

Vpsaliae 1757. Maii 24.

Docuisti me DEVS a iuuentute mea,
et vsque nunc pronuntiabo Mirabilia Tua.

IN-

I N T R O I T V S.

HOMO mundi intraturus theatrum, quaeritur *Quis sit: unde ortus?* e stemmate Creationis; *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo munere?* curiosum esse similemque quidem reliquis animantibus (quae vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda stabula quaerunt, proximis sui generis inferiunt, vitam tuentur, sentiunt, percipiunt,) sed nobiliorem, utpote qui meditatur, ratiocinatur, miratur pulchrum sapientis opus Artificis. O quam contenta res est homo, nisi supra humana se erexerit! Quid enim erat cur in numero viuentium se positum gauderet? an ut Cibos et Potiones percolaret? ut hoc corpus casurum periturumque sarciret? quae tanta necessitas in fundum telluris intimae hominem merfit, ut oblitus dierum, oblitus fortunae melioris, ab hoc se auerteret? Puto certe multos ad sapientiam peruenturos, nisi superbia magnae fortunae inflati, putassent se peruenisse; sapiens utique est, qui fines respicit.

Finis Creationis telluris est gloria DEI ex Opere Naturae per Hominem solum.

Tanto igitur magis nosse Naturam operae pretium, quo nullum maius est! neque enim quidquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, cum multa lateant futura vsui, quam quod hominem Magnificientia sua detinet, nec mercede, sed Miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti nostris oculis committitur, et quam multa, praeter haec, quae vidimus, in secretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia DEVS humanis oculis nota fecit. Multa etenim sunt quae esse audiimus, qualia autem sint ignoramus! quamque multa venientis aevi populus, ignota nobis, sciet! multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur; veniet tempus, quo ista quae nunc latent, in lucem dies extrahat et longioris aevi diligentia. Rerum enim Natura sacra sua non simul tradit;

nos credimus, in vestibulo eius haeremus; illa arcana non promiscue, non omnibus patent! reducta et interiori sacratio clausa sunt; inuoluta veritas in alto latet.

Si in hoc iuuentus sobria incumberet (*), hoc Maiores docerent, hoc Minores addiscerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas posita est, quam nunc in summa Tellure, et leui manu quaerimus. Magni omnino res est rerum Naturae latebras dimouere, nec contentum exteriore eius conspectu, introspicere et in Diuina secreta descendere. *Seneca.*

Intraui itaque densas vmbrosasque Naturae Siluas, hinc inde horrentes acutissimis et hamatis spinis, euitaui quotquot licuit plurimas, at neminem tam esse circumspectum didici, cuius non diligentia sibi ipsi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinnos, humerisque insipientium simiolorum speculationes sustinui, incessi viam et quem dederat cursum fortuna peregi.

IMPE-

O I E H O V A !

Quam magna sunt Tua Opera !

Vir insipiens non cognoscit ea

et stultus non animaduertit ea.

David.

(*) Confer Worm. mus. praefat. I.

I M P E R I V M N A T V R A E.

DEVM *sempiternum, omniscium, omnipotentem a tergo transeuntem vidi et obstupui! legi aliquot Eius vestigia per creata rerum, in quibus omnibus, etiam minimis, ut fere nullis, quae Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Obseruaui Animalia inniti vegetabilibus, Vegetabilia terrestribus, Terrestria telluri; Tellurem dein ordine inconcusso volui circa solem, a quo vitam mutuatur; Solem demum circa axin gyriari cum reliquis Astris, systemaque Siderum, spatio et numero vix definiendum, mediante motu in vacuo nihilo suspensum teneri ab incomprehensibili Mouente primo, ENTE ENTIVM (a), Caussa caussarum, Custode Rectoreque vniuersi, mundani huius operis Domino et Artifice. Vis illud FATVM vocare, non errabis, est ex quo suspensa sunt omnia. Vis illud NATVRAM vocare, non errabis, est ex quo nata sunt omnia. Vis illud PROVIDENTIAM vocare, recte dices, est cuius consilio mundus actus suos explicat (b); totus est SENSVS, totus VISVS, totus AVDITVS, totus ANIMAE, totus ANIMI, totus SVI; huius EXTERA indagare non capit humanae coniectura mentis (c); NVMEN esse credi par est, aeternum, immensum, neque genitum neque creatum (d). Hoc sine quo nihil est, quod totum hoc fundauit et condidit, quodque oculos nostros et implet et effugit, cogitatione tantum visendum est; in sanctiore enim secessu Maiestas tanta delituit, nec vlli dat aditum nisi animo. (e)*

MVNDVS complectitur omnia sub ioue, quae in notitiam nostram per sensus cadere possunt; sunt haec *Astra, Elementa, Tellusque inenarrabili velocitate circumacta; horum inoffensam velocitatem procedere videmus aeternae legis imperio, nec esse temere errantis hunc ordinem, neque quae temere coiuerunt tanta arte pendere, ut terrarum grauissimum pondus sedeat (quasi) immotum et circum se properantis coeli fugam spectet. (f)*

(a) Aristoteli. (b) Senec. quaest. II: 45. hoc respectu, sed caute, ne effectus sumatur pro causa. (c) Exod. XX: 4. (d) Plin. Nat. II. i. 7. (e) Senec. VII: 31. (f) Senec. I: 1,

ASTRA sunt remotissima corpora lucida, quae gyranur motu perpetuo; sunt haec aut SIDERA propria luce radiantia, vt Sol, remotioresque *Stellae fixae*; aut PLANETAE a sideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus, Iupiter, Mars, Tellus, Venus, Mercurius*; secundarii obsecundantes Planetis, vt Luna Telluri, aliique; *nec posse sine Custode tantum opus stare, nec hunc siderum discursum fortuiti impetus esse, nam quae casus incitat saepe turbari et cito arietare.* (g)

ELEMENTA sunt corpora simplicissima, atmosphaeram Planetarum constituenta, spatia inter Astra forte replentia:

TERRA opaca, fixa, frigida, quiescens, sterilis.

AQUA diaphana, fluida, humida, penetrans, concipiens.

AER pellucidus, elasticus, siccus, obuolitans, generans.

IGNIS lucidus, resiliens, calidus, euolans, viuificans.

Omnium Elementorum alterni recursus sunt, quidquid alteri perit in alterum transit; alternae sunt vices rerum. (h)

TELLVS est globus planetarius horis 24 rotatus, circum solem quotannis in orbem actus, Elementorum atmosphaera obvelatus, rerum Naturalium stupendo cortice tectus, cuius cognoscendae superficiei studemus. Globus hic terraqueus est, cuius depressiorem partem Aquae inundant et Mare lente coarctandum; elatiorem vero aquae fugiunt sensim dilatandam in Continentem siccam habitabilem. Haec Aquarum halitu, vi Aeris in nubes acto, irroratur, vt summi montes perennique niue Alpini Scaturigines in Fluios perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terrestri cibo addant in alimentum incolarum, dum Venti motum excitant Ignis calore viuificatis corporibus. Sic omnia adiuuabunt Naturam, vt naturae opera peragantur (i).

NATVRALIA sunt corpora cuncta Creatoris manu composita, corticem Telluris constituenta, in Regna Naturae tria diuisa, quorum limites concurrunt in Lithophytis.

LAPIDES corpora congesta, nec viua, nec sentientia.

VEGETABILIA corp. organisata et viua, non sentientia.

ANIMALIA corp. organisata et viua et sentientia, sponteque se mouentia. Tota enim huius mundi concordia ex discordibus constat (k); Nec ad vnam Naturam formam opus suum praestat, sed in ipsa varietate se iactat (l).

HOMO

(g) Senec. (h) Senec. III: 10. (i) Senec. III: 29. (k) Senec. (l) Senec. VII: 27.

HOMO sapiens, creatorum operum perfectissimum, vltimum et summum, in Telluris cortice, Maieftatis Diuinae stupendis iudiciis obiecto, constitutus, secundum sensus iudicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auftorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conseruationem multiplicandam videt *Naturam*; ad vtrumque inuitant Pulchritudo, Mechanismus, Nexus, Fines, Commoda. *Sic totus Mundus gloria diuina plenus est (m), dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem (n), qui ex inerti humo, Dei manu viuificata contemplatur auftoris sui Maieftatem ex fine creationis, dignus hospes constitutus Summi Entis praeco. Haec contemplatio Naturae euadit praesentia voluptatis coelestis, cuius particeps Animus in luce obambulat et tanquam in terrestri coelo vitam degit (o); Nec pietas aduersus DEUM, nec quanta huic gratia debeatur, sine explicatione Naturae intelligi potest (p).*

SAPIENTIA, diuinae particula aerae, summum est attributum Hominis Sapientis. Primus Sapientiae gradus est res ipsas nosse. Notitia consistit in vera *idea* obiectorum, qua similia a dissimilibus distinguuntur *notis* propriis, a Creatore rebus inscriptis; hanc notitiam vt cum aliis communicet, *nomina* propria non confundenda singulis diuersis imponat; Nomina enim si pereunt, perit et rerum cognitio. Haec literae elementaque erunt, quibus desitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla descriptio quamuis accurate tradita, certum demonstrat, sed plerumque fallit (q).*

METHODVS, anima Scientiae, sistat notas proprias rebus inditas systematice digestas; Systema apte quinquies tantum subdividitur: sic

<i>Classis,</i>	<i>Ordo,</i>	<i>Genus,</i>	<i>Species,</i>	<i>Varietas.</i>
<i>Genus sum. G. intermedium,</i>	<i>G. proximum,</i>	<i>Species,</i>	<i>Individuum.</i>	
<i>Prouinciae, Territoria,</i>	<i>Paroeciae,</i>	<i>Pagi,</i>	<i>Domicilium.</i>	
<i>Legiones, Cohortes,</i>	<i>Manipuli,</i>	<i>Contubernia,</i>	<i>Miles.</i>	

Nisi enim in ordines redigantur et veluti castrorum acies distribuantur, tumultu et fluctuatione omnia perturbari necesse est (r).

NOMINA respondeant Methodo Systematicae; sint itaque: Nomina *Classium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatum, Character Classium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatumq;* Differentiis definita, nam nomina nosse oportet qui rem scire velit,

A 4

velit,

(m) *Esa. VI: 4.* (n) *David. CXVIII.* (o) *Act. holm.* (p) *Cicero.*
 (q) *Caesalpinus.* (r) *Caesalpinus.*

velit, *confusis enim nominibus omnia confundi necesse est. Nominum ideoque impositio primi hominis in aurea aetate actio erat.*

SCIENTIA Naturae innitur Cognitioni Naturalium Methodicae et Nomenclaturae Systematicae tamquam filo ariadneo, secundum quod Naturae maeandros vnice tutoque permeare liceat.

Ordo alius struentis est, alius est inhabitantis. Creator incipit a simplicissimis elementis Terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia in homine desinit. Homo autem incipiat a se ipso, desinat in terra. Auſtor Systematis a particularibus ad vniuersalia adſcendat; Doſtor vero contra a generalibus ad ſpecialia deſcendat. Fontes enim concurrunt in riuos, hi in fluuios; adſcendat autem nauta quouſque poterit, nec tamen fontium vltimas origines attigerit. Data diſtincta rerum cognitione vltius penetrandum in ſpecialiſſimas Proprietates, Phaenomena, Myſteria, Dotes, Vires, Vſus; Naturalis quum Scientia trium regnorum Fundamentum ſit omnis Diaetae, Medicinae, Oeconomiae tam priuatae quam ipſius naturae. *Felices agricolae bona ſi ſua norint.*

Omnes res creatae ſunt diuinae ſapientiae et potentiae teſtes, diuitiae felicitatis humanae; ex harum vſu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conſeruatione*, *Proportione*, *Renouatione*, potentia *Maieſtatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus ſibi relictis ſemper aeſtimata; a vere eruditis et Sapientibus ſemper exulta; peruerſe doctis et barbaris ſemper inimica fuit.

R E-

Narrabo mirabilia Tua DOMINE,
et virtutem Terribilium Tuorum dicant
generationes.

David.

REGNUM ANIMALE.

ANIMALIA organisatione viua, neruis *sentiunt*, *percipiunt*, seque ex arbitrio *mouent* motu possibili.

VIVENTIA singula, in multiplicatione prodiga Natura, orditur a minimis, generat in fluido, incipit in oui liquido, cum *omne viuum ex ouo*.

OVUM intra *Tunicas*, saepe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cuius lateri emergenti insertum *Punctum* saliens, *vegetans* in Embryonem, *caulescentem* Funiculo umbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem viuum compendium noui animalis suiue simillimi, tamquam plumulam intra semen vegetabile; hoc Patris polline spermatico electrifatum calore excluditur; *Punctum saliens* enim Oui incubantis Auis ostendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, cessans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, sensim dilatata, liquores secundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viuentibus est tantum a prima creatione continuata vitae ramificatio, cum ouum sit gemma matris ab exordio viua, licet non sentiens ante foecundationem; sic *Generatio Aequiuoca nulla*.

CORPVS Animantium composita est machina:

NATURALIS, vegetat e cranii *Tubere* crustato, *Caule* verticali, articulado, rigido, opposite ramoso, cui insident *Folia* carnosa, fibrosa, sparsa, apicibus etiam affixa in Musculos, produente *Fructificatione* genitalium e dichotomia vltima caulis.

VITALIS, e *Bulbo* Cordis perpetuo mobili, *radicata* vasis lacteis intra tubi intestinalis sterquilinium, *ramificatur* ad caulem naturalem duplici canali circulante, ne succus alimentaris quavis tempestate et statu deficiat.

ANIMALIS, e *Bulbo* Cerebri repentisque Medullae, indolis incognitae, sedis cogitantis, Fila simplicissima, electrica ad fibras omnes irritabiles exferit, per quae cogitans sentit et mouet.

ORGANA sensuum machinae sunt physicae, insertae extremitati nerui, sensorio cerebri proximi, quibus diuina arte percipit Animal:

OCVLVS: *Camera obscura* imaginem proportionem, figura, colore depingens.

AVRIS: *Tympanum* membranae chorda tensae super cochleam, a motu aetheris tremens.

NASVS: *Membrana* latissima, humida, contortuplicata, aëris perreptantis volatilia figens.

LINGVA: *Spongiolae* bibulae, sparsae, humido solutum attrahentes.

TACTVS: *Papillae* molliusculae, figuram impressam breui affumentes.

His gaudent plurima Animalia, sed non omnia. Plura si Creatori addere placuisset, plura percepissent; vti Magnete praesentiam Ferri, Electro electricitatis phaenomena. *Antennas* Insectis solis concessit, nobis aequae ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex aethere appropinquantia; percipit *Tactus* ex vnione solida praesentia; examinat *Nasus* volatilia neruis, *Lingua* solubilia fibris, assumenda: s. concessa salutaria, s. vetita noxia.

COGITANS allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

GAVDIVM	puerile,	sanguineum,	rubrum,	oleosum,
	spongiosum,	tepidum,	libere pulsans,	anhelans,
	ridens,	transpirans,	promptum.	<i>Vita.</i>
METVS	iuuenilis,	phlegmatic.	palescens,	aquosus,
	laxus,	horrens,	debile pulsans,	dyspnoicus,
	suffocans,	cacans,	tremens.	<i>Morbus.</i>
IRA	virilis,	choleric,	fulca,	spirituosa,
	stricta,	feruens,	dure pulsans,	asthmatica,
	stertens,	micurians,	agitans.	<i>Medicina.</i>
MOEROR	fenilis,	melancholic.	ater,	acidus,
	rigidus,	frigidus,	tarde pulsans,	orthopnoicus,
	suspirans,	obstipans,	quiescens.	<i>Mors.</i>

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amissa luget.

IMPERANTIVM causa quemadmodum Populi non sunt nati, sed subditorum ordini seruando Imperantes constituti, ita Vegetabilium causa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carniuora, et ex his Maiora ob parua, Homo (qua animal in oeconomia naturae) ob maxima et singula, sese vero praecipue, saeva mercede conducta tyrannidem exercent, vt Proportio cum nitore Reipublicae naturae perennet. Vicissim singuli ciues conspirant in Maiestatem Hominis rationalis imperantis, cuius est summum Reipublicae auctorem agnoscere.

RES PVBLICA Naturae, tanquam Aqua e Fontibus in Riui-
los, Amnes, Fluuios ad Mare tranans, e numerosissima *Plē-*
be in pauciores *Nobiles*, paucissimosque *Magnates* ad *Impe-*
rantem adscendit, dum Animalia minima, numero, vi, po-
tentia facile infinita, in vsum cedant maioribus, inertioribus,
praestantioribus, cum natura nunquam magis quam in mini-
mis tota sit.

OPERATIONES incolarum praecipuae sunt: 1. *Multiplicare*
Speciem, vt negotiis sufficiant. 2. *Auferre* immunda, ca-
dauera, languida, conspurcata, stagnantia, acida, putrida,
vt nitor aulae fulgeat. 3. *Detondere* quotannis vegetabilia,
vt renouetur annum theatrum; 4. *Aequilibrium* inter Spe-
cies Animalium et Vegetabilium seruare, vt proportio per-
enner. 5. *Vindicare* se ipsos ab interitu, ne vacet admini-
stratio.

MINISTRI, propriis muniis praefixi, tot sunt, quot animalium
Species, singuli ad officia proprio commodo allekti, quum
ex labore sustentationem suam reportent; ne quidquam defi-
ciat, vbi nihil superuacaneum. Ne autem alter alterius ne-
gotiis sese immisceat, simulque lucrum alteri praeripiat; sub
poena capitali sancita *Lex*, ipsa sensibus, Olfactus imprimis
et Gustus, inscripta, ne transgressores excusabiles euaderent.
Sic rapina rerum omnium est, quam Armis, Fulcris, Muni-
mentis, Halitu eludunt viuaciora, dum Languida succumbant,
et Vegetiora in motu festinent, vt opus naturae perenni flo-
re rideat.

IMPVLSORES etiam praefixi ad munera promte peragenda:
blanda *Venus* ad propagationem irritat; auara *Fames* ad susten-
tationem impellit; atrox *Dolor* ad conseruationem cogit; ne-
que haec sine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna structura indicatur:

<i>COR</i> biloculare, biauratum;	}	viuiparis	<i>Mammalibus.</i>
<i>Sanguine</i> calido, rubro.		ouiparis	<i>Auibus.</i>
<i>COR</i> uniloculare, uniauratum;	}	pulmone arbitrario	<i>Amphibiis.</i>
<i>Sanguine</i> frigido, rubro.		branchiis externis	<i>Piscibus.</i>
<i>COR</i> uniloculare, inauratum;	}	antennatis	<i>Insectis.</i>
<i>Sanie</i> frigida, albida.		tentaculatis	<i>Vermibus.</i>

I. MAMMALIA.

Cor biloculare, biauratum; Sanguine calido, rubro. (*)

Pulmones respirantes reciproce.

Maxillae incumbentes, tectae.

Penis intrans viuiparas, lactantes.

Sensus: Lingua, Nares, Tactus, Oculi, Aures.

Tegmenta: Pili, pauci indicis, paucissimi aquaticis.

Fulcra: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, in quibus pedes posteriores in caudae pinnam coaliti.

II. AVES.

Cor biloculare, biauratum; Sanguine calido, rubro.

Pulmones respirantes reciproce.

Maxillae incumbentes, nudaе, exsertae, edentulae.

Penis subintrans absque scroto ouiparas crusta calcaria.

Sensus: Lingua, Nares, Oculi, Aures absque auriculis.

Tegmenta: Pennae incumbentes, imbricatae.

Fulcra: Pedes duo. Alae duae.

III. AMPHIBIA.

Cor uniloculare, uniauratum; Sanguine frigido, rubro.

Pulmones spirantes arbitrarie.

Maxillae incumbentes.

Penes bini. Oua plerisque membranacea.

Sensus: Lingua, Nares, Oculi, multis Aures.

Tegmenta coriacea nuda.

Fulcra varia variis, quibusdam nulla.

IV. PISCES.

Cor uniloculare, uniauratum; Sanguine frigido, rubro.

Branchiae extus comprimendae.

Maxillae incumbentes.

Penes nulli. Oua absque albumine.

Sensus: Lingua, Nares? Oculi (non Aures).

Tegmenta: Squamae imbricatae.

Fulcra: Pinnae natantes.

V. IN-

(*) In omnibus animalibus, quibus sanguis non calet, ventriculus cordis est vnicus. Hall. Boerb. I. p. 117, 191. miratus itaque quod 2 ventriculos cordis Crocodilo adscribat Hasselquist iter 293.

V. INSECTA.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

Spiracula: Pori laterales corporis.

Maxillae laterales.

Penes intrantes.

Sensus: Lingua, Oculi, Antennae in capite absque cerebro.
(non Aures, Nares).

Tegmenta: cataphracta cute ossea sustentante.

Fulcra: Pedes, quibusdam Alae.

VI. VERMES.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

Spiracula nulla?

Maxillae multifariae, variae variis.

Penes varii Hermaphroditis Androgynis.

Sensus: Tentacula, caput nullum (vix Oculi, non Aures,
Nares).

Tegmenta interdum calcaria vel nulla, nisi Spinae.

Fulcra: nulli Pedes aut Pinnae.

CLAS-

Terribilia sunt opera Tua DOMINE,
In multitudine virtutis Tuae, Te metientur
inimici Tui.

CLASSIS I.

MAMMALIA.

MAMMALIA haec et nulla alia mammata Animalia, ex structura, visceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*, nobiscum Continentem inhabitant, tanquam inter hostes atrocissimos, dum pauca *Pinnata* intra Pelagum se subducunt.

VESTITVS Quadrupedium e *Pilis* flexilibus, mollissimis, distinctis, iniuriae minus obnoxiiis; iisque fertioribus in frigidis quam aestuantibus terris. Hi vero Pili in *Aculeos* coaliti (*Erynaceo*, *Hystricibus*), aculei explanati in *Squamas* (*Mani*), squamae coadunatae in *Scutum* (*Dasydis*); at pilorum vellus saepe distinctum *Suturis* (*Cani*, *Equo*), quae elongatae in *Lubam* (*Equo*, *Sui*); Sed *Aquatica nuda* euasere, ne madescerent, nisi in terram exire aliquando necesse habeant. Prasterea *Facies* saepe *Verrucis*, *Labia* *Vibrissis*, *Mentum* *Barba* (*Homini*, *Simiae*, *Caprae*) et *Pedes* *Callis* non raro notata sunt.

FVL CRA, motus instrumenta, pro expeditiori fuga in euitando hostem, aut assequendo praedam, TERRESTRIBVS sunt *Pedes* IV, quorum anteriores *Palmis* instruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice diuisae (*Primitibus*, *Didelphibus*); Posteriores autem *Plantis*, vt validius properarent, et hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, vt natarent, vel *Fissi* digitis separatis, vt facilius currerent, aut *Talis* innixi, vt firmiter persisterent (*Homini*, *Vrso*); Ne vero fuga detererentur inter aspera, vel denso vellere manicati (*Lepori timido*, *Vulpi* *Lagopodi*; *Bradypis*), vel *Vngulis* tanquam calceis induti sunt *digiti* (*bifulcis* *Pecoribus*, *Suibus*), qui etiam *succenturiatis* muniti talis, vel *Solipedes* indiuisis pedibus (*Equis*); sed in *manibus* saepe *ungues* plani, orbiculati (*Homini*, *Simiis*, *Lemuribus*); At vero rapaciores *Ferae* *unguibus* armatae subulatis vt praedam apprehenderent, lacerarent, terramque foderent; sed *Volantia* vel *manibus* elongatis palmatisque aera scandunt (*Vespertiliones*), vel membrana inter *palmas* *plantasque* expandenda, velificant (*Lemur*, *Sciurus*, *Mus*). Aliter *AQUATICA*, quorum *brachia* intra *latus* retracta, et *femora* postice coadunata *plantis* in *caudam* *horizontalem* (*Cetis*).

ARMA Mammalium praeter dictos ungues, nominandosque Dentes, imprimis *Cornua* cartilaginea capiti inserta sunt; haec vel *solida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramosa* annua, primumque pilosa apiceque crescentia (Cervis), vel *cava* vaginantia baesque crescentia (Bobus, Capris, Ouibus).

CIBARIA instrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* saepe compressi incisores, pro euellendo, rodendo, conscindendo; *Laniarii* conici longiores pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, et hi obtusi phytiphagis, acutiores carniuoris; at *edentula* solae Myrmecophagae et Manis euasere.

VMBRACVLVM est *Cauda*, qua turpissimae absconduntur partes; haec paucis *nulla* (Homini, Simiis et Muribus nonnullis), *abbreviata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpae, Erinaceis), *elongata* ad pedum longitudinem et ultra (Canibus, Muribus, etc.); harum singulae vel *Nudae* (Muribus), vel *Prehensiles* conuoluendae proque quinta manu inseruientes (Simiis, Hystrici, Didelphibus), vel *Comosae* longis setis (Equis, Bobus), vel *Floccosae* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri Iaculo), vel *Distichae* vtrinque pilosae (Sciuris, Myrmecophagae).

CVSTODES Animalium *Sensus* sunt pro conseruatione indiuidui; sed terrestribus Aures instructae *Auriculis* varia figura lobatis, pro acutiore auditu; Aquaticis vero auriculae nullae; *Nasus* figura varia interdum elongatus in *proboscidem* (Elephanti, Bestiis), situs supra Labium superius *fissum* (Gliribus) aut *lacunosum* (plerisque).

GENITALIUM curiosior indagatio abominabilis displicet, quamuis varia et singularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, quae tamen posset ad ordines naturales viam monstrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, vbi Mares dimicant inter se, quo valentiores polleant pro sobole viuaciore, ineuntes feminas viuiparas foetum intra se excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremue aetatem. *Polygama* autem nonnullis, vbi Mas gynaecium ex pluribus feminis sibi associatis defendit (Phocae); paucissimis vero *Monogamia* est, dum Mas et Femina indiuidui focii curam gerunt foetus (Simiae nonnullae, Lemur, Vespertiliones, Erinaceus).

MAMMAE lactantes feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinatae: *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* simul (Gliribus pluribus); *longitudinaliter* digestae (Suibus aliisque), at saepius binae pro singulo foetu ordinario.

COLUNTUR varia imprimis Pecora ob *Carnes, Lac, Corium, Vellera, Pinguedinem*; ad *Onera* vero Equus, Camelus, Elephas; instituuntur Ferae variae pro *venatu, muribus, serpentibus*; Viuariis asseruantur rariora.

ORDINES imprimis a dentibus desumuntur:

		Nullis utrinque	—	—	<i>Bruta.</i> 2.
MAMMALIA	Quadrupedia, (<i>unguibus armata</i>) Dentibus	— superioribus, inferioribus pluribus	—	—	<i>Pecora.</i> 6.
		uno pluribus	—	<i>Bestiae.</i> 4.	
					pluribus; lanariis
	Pinnata (<i>mutica absque unguibus</i>) loco pedum instructa	—	—	<i>Cete.</i> 8.	
					—
—	—	—	<i>Belluae.</i> 7.		

I. PRIMATES.

Dentes primores superiores *IV paralleli*. Lanarii *solitarii*.
Mammae *pectorales, binae*.
Palmae *Manus sunt*.
Brachia *diducta claviculis, incessu tetrapodo valgo*.
Scandunt *arbores earumque gazas legunt*.

II. BRUTA.

Dentes primores *nulli superius aut inferius*.
Incessus *ineptior*.

III. FERAE.

Dentes primores *utrinque: superiores VI, omnes acutiores*.
Lanarii *solitarii*.
Vngues *pedum acuti*.
Victus *ore saeuientium e cadaveribus, rapina*.

IV. BESTIAE.

Dentes primores *utrinque numero indeterminato. Lanarii semper uno plures.*

Nasus *elongatus, fodiens.*

Victus *e succosis radicibus, vermibus.*

V. GLIRES.

Dentes primores *superius inferiusque 2. Lanarii nulli.*

Pedes *curfu salientes*

Victus *rodendo cortices, radices, vegetabilia, etc.*

VI. PECORA.

Dentes primores *inferiores plures, superiores nulli.*

Pedes *ungulati, bifulci.*

Victus *euellendo plantas ruminandas.*

Ventriculi 4: *Ingluuius macerans, ruminans; Reticulum cancellatum, recipiens; Omasus multiplicatus, consumens.*

Abomasus *fasciatus, acescens Coagulo pro sebo, ut minus calefiscant.*

VII. BELLVAE.

Dentes primores *plures, obtusi.*

Incessus *grauis.*

Victus *extrahendo vegetabilia.*

VIII. CETE.

Pedum loco *pinnae pectorales et caudae (plagiura) plana.*

Vngues *nulli.*

Dentes *cartilaginei. Nasus frontis saepe fistula.*

Victus *e Molluscis, Piscibus.*

Locus *pelagicus.*

Hos a Piscibus diuulsos iussi Mammalibus associari ob Cor biloculare calidum, Pulmones respirantes, Aures cauas, Penem intrantem Feminam Mammis lactantem, idque ex lege naturae iure meritoque.

AVCTORES: *Gesnerus, Aldrouandus diffuse, epitomator eius Ionstonus, Raius, paucique alii passim, sed mancam reliquerunt Historiam, de nouo ordiendam secundum notas proprias; Descriptionibus attributorum, Diaeta varia, Oeconomia propria, reliquis, ut solida grana e furfurum quisquiliis depurentur; exemplaria proposui in Cane domestico, Ceruo Rhenone, Mure indico, Oue Ariete.*

GENERVM Characteres compendiosi.

I. PRIMATES.

1. HOMO *nosce te ipsum.*
2. SIMIA *Dentes laniarii, hinc remoti.*
3. LEMVR *Dentes primores inferiores 6.*
4. VESPERTILIO *Manus palmatae volatiles.*

II. BRVTA.

5. ELEPHAS *Dentes laniarii et molares; Nasus proboscide elongatus.*
6. TRICHECVS *Dentes laniarii superiores; molares ex osse rugoso. Pedes possici coadunati.*
7. BRADYPVS *Dentes laniarii et molares. Nasus obtusus.*
8. MYRMECOPHAGA *Dentes nulli. Corpus pilosum.*
9. MANIS *Dentes nulli. Corpus squamatum.*

III. FERAÆ.

10. PHOCA *Dentes primoros inferiores 4. Auriculæ nullæ.*
11. CANIS *Dentes primores superiores intermedii lobati.*
12. FELIS *Lingua aculeata. Ungues retractiles.*
13. VIVERRA *Lingua aculeata. Ungues exserti.*
14. MVSTELA *Dentes primores inferiores conserti: duobus alternis interioribus.*
15. VRSVS *Dentes primores superiores excavati. Penis osse flexuoso.*

IV. BESTIAE.

16. SVS *Dentes primores superiores 4, inferiores 8.*
17. DASYPVS *Corpus testa zonis intersecta.*
18. ERINACEVS *Dentes primores superiores 2, inferiores 2.*
19. TALPA *Dentes primores superiores 6, inferiores 8.*
20. SOREX *Dentes primores superiores 2, inferiores 4.*
21. DIDELPHIS *Dentes primores superiores 10, inferiores 8.*

V. GLIRES.

22. RHINOCEROS *Cornu nasale.*
 23. HYSTRIX *corpus Spinis tectum.*
 24. LEPUS *Dentes primores superiores duplicati.*
 25. CASTOR *Dentes primores superiores angulo recto excavati.*
 26. MUS *Dentes primores superiores subulati.*
 27. SCIVRVS *Dentes primores superiores cuneati; inferiores compressi.*

VI. PECORA.

28. CAMELVS *ecornis dentibus laniariis pluribus.*
 29. MOSCHVS *ecornis dentibus laniariis solitariis: superioribus exsertis.*
 30. CERVVVS *Cornua solida, ramosa, decidua.*
 31. CAPRA *Cornua tubulosa erecta.*
 32. OVIS *Cornua tubulosa reclinata.*
 33. BOS *Cornua tubulosa porrecta.*

VII. BELLVAE.

34. EQVVS *Dentes primores approximati.*
 35. HIPPOPOTAMVS *Dentes primores distantes.*

VIII. CETE.

36. MONODON *Dens in maxilla superiore exsertus.*
 37. BALAENA *Dentes cornei in maxilla superiore.*
 38. PHYSETER *Dentes in maxilla tantum inferiore.*
 39. DELPHINVS *Dentes in utraque maxilla.*

I. PRIMATES.

*Dentes Primores superiores IV, paralleli.
Mammae Pectorales II.*

I. HOMO nosce Te ipsum (*).

Sapiens, I. H. diurnus; *varians cultura, loco.*
Ferus. tetrapus, mutus, hirsutus.

Iuuenis Vrsinus lithuanus. 1661.

Iuuenis Lupinus hessensis. 1344.

Iuuenis Ovinus hibernus. Tulp. obs. IV: 9.

Iuuenis Hannoueranus.

Pueri 2 Pyrenajci. 1719.

Iohannes Leodicensis.

Americanus. a. rufus, cholericus, rectus.

*Pilis nigris, rectis, crassis; Naribus patulis; Facie
ephelctica, Mento subimberbi.*

Pertinax, hilaris, liber.

Pingit se lineis daedaleis rubris.

Regitur Consuetudine.

β. al-

(*) NOSSE SE IPSVM gradus est primus sapientiae, dictumque Solonis, quondam scriptum litteris aureis supra Dianae Templum. *Mus. ADOLPH. FRID. Praefat.*

Physiologie: Te contextum Neruis, intertextum Fibris, Machina tenella sed adolefcente in perfectissimam, facultatibus instructam fere omnibus, pluribusque, quam reliqua cuncta. *Nudum in nuda humo, natali die, abiecit natura ad vagitus statim et ploratum, manibus pedibusque deuinciendum Animal caeteris imperaturum; cui scire nihil sine doctrina: non fari, non ingredi, non vesci, non aliud natura sponte. Plin. Vides itaque qualem vitam nobis rerum natura promisit, quae primum nascentium omen fletum esse voluit. Seneca.*

Diaeteticæ: Te sanitate et tranquillitate, si noueris, felicem: *Moderatis* conseruandum, *Nimiis* destruendum, *Variatis* afficiendum, *Insuetis* frangendum, *Consuetis* indurandum; polyphagum Culina instructissima, per errores gratissima, igne vinoque horrenda. *Paruo fames constat, magno fastidium. Seneca.*

Pathologie: Te tumidam vsque dum crepueris bullam, piloque pendulam, in puncto fugientis temporis. *Nibil enim homine imbecillius terra alit, Homer. Nulli vita fragilior; nulli tot Morbi, tot Curae, tot Pericula. Breue vniuersum utique aeni tempus. Pars aequa morti similis exigitur; nec reputantur Infantiae anni, qui sensu carent; nec Senectae in poenam viuaces: hebescunt Sensus, torpent Membra, praemoriuntur Visus, Auditus, Incessus, Dentes, Ciborum instrumenta. Plin. Sic magna pars mortis iam praeteriit, quidquid aetatis retro est, Mors tenet. Totum denique hunc, quem vides populum, quousque cogitas esse; cito natura reuocavit et condet; Mors omnes acque vocat; iratis Diis propitiisque moriendum. Senec. II. 59.*

*Euro-
paeus* β. albus, fanguineus, torofus.
Pilis flauelcentibus prolixis. *Oculis* caeruleis.
Leuis, acutiffimus, inuentor.
Tegitur Vefimentis arctis.
Regitur Ritibus.

*Afiati-
cus.* γ. luridus, melancholicus, rigidus.
Pilis nigricantibus. *Oculis* fufcis.
Seuerus, faftuofus, auarus.
Tegitur Indumentis laxis.
Regitur Opinionibus.

B 5

δ. ni-

Habitat in Europa.
Maculae aliis flavae, aliis fulvae, aliis rubrae.
- 16-pustu- 33. *C. coleoptris nigris*, punctis fulvis sedecim.
lata. *Habitat in Europa.*
- gigantea. 34. *C. coleoptris nigris*: punctis fulvis numerosissimis.
Habitat in India. De Geer.
Gigas in hac gente, et Scarabaco stercorario par, media
inter Coccinellas et Chrysomelas. Corpus nigrum
ovatum. Thorax marginatus et emarginatus. An-
tennae clauatae. Elytra valde convexa marginata,
punctis, in maculas saepe confluentibus, numerosissi-
mis, rufo-fulvis adpersa.
- * * * * *Coleoptris nigris albo flavae maculatis.*
- pantheri- 35. *C. coleoptris nigris*: punctis flavis octo.
na. *Habitat in Europa.*
- tigrina. 36. *C. coleoptris nigris*: punctis albidis viginti. *Fn. succ.*
405.
Vddm. diff. 11. *Coccinella coleoptris nigris*, punctis
viginti albis.
Habitat in Europa.

176. CHRYSOMELA. *Antennae moniliformes, ex-*
trorsum crassiores.
Thorax, nec elytra, margi-
natus.

* *Corpore ovato.*

- götting- 1. *C. ovata atra*, pedibus violaceis.
ensis. *Roef. inf.* 2. *scar.* 3. t. 5.
Habitat in Germania. P. Forskåhl.

- Tanace- 2. *C. ouata* atra punctata, antennis pedibusque nigris.
ti. *Fn. suec. 413.* Chrysomela atra, punctis excavatis con-
tiguis.
It. goth. 270.
Habitat in Tanaceto vulgari.
- haemor- 3. *C. ouata* nigra nitida, antennis basi flavescentibus, ano
rhoidalis. supra rubro.
Fn. suec. 414. Chrysomela nigra glabra, antennarum
basi subflava.
Habitat in Betula Alno.
- Graminis. 4. *C. ouata* viridis nitida, antennis pedibusque concolo-
ribus.
Fn. suec. 419. Chrysomela viridi-caerulea.
Habitat in Gramine pratorum.
- aenea. 5. *C. ouata* viridis nitida, abdomine postice ferrugineo.
Fn. suec. 420. Chrysomela viridis nitida, thorace antice
excavato.
Habitat in Betula Alno.
- Alni. 6. *C. ouata* violacea, elytris punctis excavatis sparsis. *Fn.*
suec. 416.
Habitat in Betula Alno.
- Betulae. 7. *C. ouata* violacea, elytris punctis excavatis striatis. *Fn.*
suec. 415.
Habitat in Betula alba.
- haemo- 8. *C. ouata* violacea, alis rubris.
ptera. *Habitat in Europa.*
- occiden- 9. *C. ouata* viridi-aenea, pedibus antennisque flavis.
talis. *Habitat in America. Rolander.*
Similis C. vitellinae.
- Padi. 10. *C. ouata* nigra, elytris apice lividis.
Habitat in Pruno Pado.
Pulice maior, tota nigra, elytris apice lividis.
- Armora- 11. *C. ouata* caeruleo-viridis: subtus nigra.
ciae. *Habitat in Cochlearia Armoracia.*

370 INSECTA COLEOPTERA. Chryfomela.

- Hypo- 12. *C. ouata aurata*, antennis nigris, elytris abbreviatis.
choeridis. *It. scan. 210.*
Habitat in Hypochoeridis maculatae floribus.
- vulgarif- 13. *C. oblongo-ouata caerulea*, antennis basi ferrugineis.
fima, *Habitat in Europa.*
*Differt a fequenti quod maior, non aenea, fed caerulea
et magis oblonga.*
- vitellinae. 14. *C. ouata aenea.*
Fn. fucc. 426. Chryfomela aenei coloris.
Roesl. inf. 2. scar. 3. p. 5. t. 1.
*Habitat in Salicibus glabris Populoque, folia fubtus con-
fumens.*
Dum pafcuntur larvae difponuntur per lineas parallelas.
- Polygo- 15. *C. ouata caerulea*, thorace femoribus anoque rufis.
ni. *Fn. fucc. 440.*
Reaum. inf. 3. t. 17. f. 15.
Habitat in Polygono auiculari, terreftis.
- pallida. 16. *C. ouata flauescens tota, oculis nigris.*
Fn. fucc. 423. Chryfomela pallido-grifea.
Habitat in Salicibus.
- ftaphy- 17. *C. ouata obscure testacea tota. Fn. fucc. 422.*
laea. *Habitat in Europa.*
- polita. 18. *C. ouata*, thorace aurato, elytris rufis.
*Fn. fucc. 427. Chryfomela viridi-aenea, elytris rubi-
cundis.*
Habitat in Salice, Populo.
- clauicor- 19. *C. ouata nigra*, elytris abdomineque rubris; antennis
nis. clauatis.
Habitat in America. Rolander.
*Facies C. populi. Antennarum caput articulis tribus
nigris.*
- Populi. 20. *C. ouata*, thorace caerulefcente, elytris rubris apice
nigris.
*Fn. fucc. 428. It. oel. 38. Chryfomela nigro caerulea,
elytris rubris apice nigris.*
Merian. inf. 14. t. 27. Alb. inf. 63. f. C.
Habitat in Populo tremula.

- vimina- 21. *C. ouata nigra*, thorace bimaculato, elytris testaceis.
lis. *Fn. succ.* 429. *Chrysomela* thorace elytrisque rubris.
Habitat in Salicibus.
- 10-pun- 22. *C. ouata*, thorace rubro postice nigro, elytris rufis:
ctata. punctis subquinis nigris.
Fn. succ. 436. *Chrysomela* supra rufa, thoracis punctis
nigris duobus, elytrorum pluribus.
Frisch. inf. 13. t. 28.
- β. *Chrysomela rubra*, elytro singulo maculis quinque ni-
gris. *Fn. succ.* 1354.
Habitat in Populo tremula, Asparago.
- Iapponi- 23. *C. ouata*, thorace viridi, elytris rubris: fascia inter
ca. punctum maculamque lunatam caerulea.
Fn. succ. 431. *Chrysomela* thorace viridi, coleoptris
rubris cruce caerulea.
Habitat in Europa.
- Boleti. 24. *C. ouata nigra*, elytris fasciis tribus flavis repandis.
Vddm. diff. 4. t. 1. f. 3. *Dermestes ater nitens*, elytris
nigris, fasciis duabus flavis undulatis.
Habitat in Europa.
- collaris. 25. *C. ouata violacea*, thorace marginibus luteo: puncto
nigro. *Fn. succ.* 417.
Habitat in Salicibus.
- fanguino- 26. *C. ouata nigra*, elytris margine fanguineis.
lenta. *Habitat in Europa.*
- margina- 27. *C. ouata nigro-aenea*, elytris margine luteis.
ta. *Habitat in Europa.*
- margi- 28. *C. oblongo ouata nigro-caerulea*, thorace elytrisque
nella. margine luteis. *Fn. succ.* 437.
Habitat in Europa.
- aeftuans. 29. *C. oblongo-ouata rufo-testacea*, elytris maculis 4 fla-
uescentibus alternis.
Habitat in America. Rolander.
- coccinea. 30. *C. ouata*, thorace emarginato fanguineo macula ni-
gra, elytris fanguineis: maculis duabus nigris.

Vddm. diff. 13. *Coccinella coleoptris rubris*, maculis
4 nigris.

Habitat in Europa.

philadel- 31. *C. ouata viridis*, elytris flavis: punctis virefcentibus
phica. oblongiusculis, antennis pedibusque ferrugineis.

Habitat in Pennsylvania. C. De Geer.

america- 32. *C. ouata viridi-caerulefcentis*, elytris lineis tribus rubris,
na aliis sanguineis.

Habitat in America, lecta inter Cocos officinarum.

Corpus totum nitidum, caeruleo-virefcentis, ovale; subtus totum picco-fufcum. Caput Thorax et Elytra nigro viridi-caerulefcentia. Elytron fingulum pictum lineis 3 longitudinalibus, a bafi ad apicem elytri exaratis; harum interior recta a bafi ad apicem excurrit extima marginalis duplicata.

facra. 33. *C. ouata fupra rufa*, thoracis linea punctis duobus elytrorumque futura nigris.

Habitat in Palaestina. Haffelquift.

Linea extima bafi coiens cum intima; intermedia parum flexuofa ante apicem definit; ramulus ruber in medio lineae marginalis antrorfum fpectans. Alae fanguineae.

minuta. 34. *C. ouata nigra*, elytris pedibus thoracisque lateribus grifeis.

Habitat in Europae aquofis.

Gerit faciem fimillimam Dytifcis, fed pedes unguiculati.

* * *Saltatoriae femoribus pofticis craffiffimis.*

oleracea. 35. *C. faltatoria*, corpore virefcenti-caeruleo.

Fn. fucc. 539. Mordella fubrotunda atro-caerulea.

Habitat in Europae cotyledonibus plantarum.

chryfo- 36. *C. faltatoria*, corpore atro-caeruleo, capite pedibusque
cephala. quatuor anterioribus luteis.

Habitat in Suecia.

Hyofcy- 37. *C. faltatoria*, corpore virefcenti-caeruleo, pedibus te-
ami. ftaceis, femoribus pofticis violaceis.

Fn. fucc. 540. Mordella ouata coerulea nitida, tibiis ferrugineis.

Habitat in Hyofcyamo nigro.

- erythro- 38. *C. saltatoria*, corpore atro-caeruleo, capite geniculisque
cephala. pedum rufis.
Habitat in Suecia.
- Helxines. 39. *C. saltatoria*, corpore viridi-aeneo, antennis pedibusque
omnibus testaceis.
Fn. succ. 539. Mordella atro-aenea subrotunda.
Habitat in Polygono Fagopyro.
- exfoleta. 40. *C. saltatoria*, corpore flavescente, pedibus testaceis.
Fn. succ. 535. Mordella flava.
Habitat in Europa.
- nitidula. 41. *C. saltatoria*, elytris caeruleis, capite thoraceque aureo,
pedibus ferrugineis.
Habitat in Europa.
- nemo- 42. *C. saltatoria*, corpore atro, elytris linea flava, pedibus
rum. pallidis.
*Fn. succ. 542. Mordella oblonga atra, elytris longitu-
dinaliter in medio flavescentibus.*
Habitat in Pulmonariis, Dentariis.
- rufipes. 43. *C. saltatoria* caerulea obouata, thorace pedibus capite
antennisque rufis.
Habitat in Europa.
- holfati- 44. *C. saltatoria* nigra nitida, elytris apice puncto rubro.
ca. *Fn. succ. 544. Mordella nigra, elytris apice rubris.*
Habitat in Europa.
- hemi- 45. *C. saltatoria*, corpore nigro hemisphaerico, tibiis piceis.
sphaerica. *Habitat in Germania. P. Forskåbl.*
- furina- 46. *C. saltatoria* flavescens, elytris margine fasciaque san-
menfis. guineis.
Habitat Surinami, Rolander.
Antecedentibus maior. Antennae pedesque pallidi.
- S. litera. 47. *C. saltatoria* pallida, elytris nigris: linea longitudinali
flexuosa alba.
Habitat Surinami. Rolander.
*Linea alba in singulo elytro refert S literam, neque haec
parua est.*

- aequino- 48. *C. saltatoria*, thorace rubro, elytris violaceis: maculis
 Etialis. 4 albis alternis.
Habitat in America. Rolander.
Magnitudo Coccinellae bipunctatae. Antennae et Pedes
nigri; maculae Elytrorum subrotundae.
 * * * *Corpore cylindrico.*
- tridenta- 49. *C. cylindrica*, thorace caeruleo, elytris testaceis.
 ta. *Habitat in Lonicera Xylosteo.*
- 4-puncta- 50. *C. cylindrica*, thorace nigro, elytris rubris: punctis
 ta. duobus nigris, antennis breuibus.
Fn. succ. 432. Chryfomela oblonga nigra, coleoptris
rubris: maculis quatuor nigris.
Habitat in Europa.
- 2-puncta- 51. *C. cylindrica*, thorace nigro nitido, elytris rubris:
 ta. punctis duobus nigris, antennis longis.
Vddm. diff. 22. Chryfomela atra, elytris rubris, pun-
ctis 4 nigris.
 β. *Vddm. diff. 21. Chryfomela nigra, elytris rubris ma-*
cula nigra longitudinali.
Gadd. diff. 25. Cassida nigra, elytris flauis nitidis, ma-
culis quatuor nigris, quarum duae posteriores maiores
et quali ex duabus aliis connatae.
Habitat in Europa.
- Moraei. 52. *C. cylindrica*, thorace nigro, elytris nigris: maculis
 duabus rubris marginalibus.
Gadd. diff. 28. Cassida nigra nitida, clypeo caput fere
integrum tegente, macula ad apicem et basin elytro-
rum lutea.
Habitat in Europa.
- nitida. 53. *C. cylindrica*, thorace caeruleo nitido, elytris caeru-
 leis, pedibus testaceis.
Habitat in Europa.
- fericea. 54. *C. cylindrica*, thorace elytris pedibusque caeru-
 leis.
Fn. succ. 418. Chryfomela viridis nitida, thorace ae-
quali, elytris punctis excuatis contiguis.
Habitat in Salicibus.

- Coryli. 55. *C. cylindrica*, thorace elytrisque testaceis, pedibus nigris.
Habitat in Europa.
- Pini. 56. *C. cylindrica* testacea, elytris pallidioribus, pedibus concoloribus, antennis fuscis.
Habitat in Pino.
- bothnica. 57. *C. cylindrica* atra, thorace linea longitudinali rubra.
Habitat in Westerbotnia. D. C. Solander.
Statura C. cordigeræ, sed atra. Thorax marginè antico et linea longitudinali ruber. Caput in fronte macula quadrata rubra.
- cordigera. 58. *C. cylindrica*, thorace variegato, elytris rubris: punctis duobus nigris.
Vddm. diff. 23. Chrysomela nigra, elytris subflavis punctis quatuor nigris.
Habitat in Europa.
Macula media postica thoracis antrorsum bifida est.
- 6-punctata. 59. *C. cylindrica*, thorace variegato, elytris rubris: maculis tribus nigris.
Habitat in Europa.
Genicula tibiærum puncto albo notata.
- 10-maculata. 60. *C. cylindrica*, thorace variegato, elytris flavis punctis quinque nigris.
Habitat in Europa.
- obscura. 61. *C. subcylindrica*, thorace nigro, elytris pedibusque nigris.
Habitat in Europa.
Elytrorum anguli exteriores versus pectus gibbosiores sunt, ut in Curculionibus.

*** Corpore oblongo Thorace angustiore.

- merdigera. 62. *C. oblonga* rubra, thorace vtrinque impresso. *Faun. suec. 425.*
Blank. inf. 91. t. II. f. J. Vallisn. nat. 1. p. 265. t. 32.
Merian. inf. 71. Reaum. inf. 3. t. 17. f. 1. 2.
Habitat in Lilio, Conuallaria.

- Nym-
phaeae. 63. *C. oblonga* fusca, elytris margine prominulo flavescentibus. *Fn. succ.* 444.
Habitat in Nymphaeis.
- Caprea. 64. *C. oblonga*, thorace elytrisque griseis, antennis nigris longis.
Fn. succ. 424. *Chrysomela nigra*, thorace elytrisque griseis.
Habitat in Salicibus.
- 4-macu-
lata. 65. *C. oblonga*, thorace flauo, elytris flauis: maculis duabus nigris remotissimis.
Gadd. sat. 77. *Chrysomela fusco lutea*, elytrorum punctis quatuor nigris.
Habitat in Europa.
- cyanella. 66. *C. oblonga caerulea*, thorace cylindrico lateribus gibbis.
Habitat in Europa.
- 12-pun-
ctata. 67. *C. oblonga rufa*, elytris punctis sex, pectore pedumque geniculis nigris.
Habitat in Europa.
- melano-
pus. 86. *C. oblonga caerulea*, thorace pedibusque rufis.
Habitat in Europa.
- Phellandrii. 69. *C. oblonga nigra*, thorace elytrisque lineis duabus luteis. *Fn. succ.* 438.
Habitat in Phellandrio aquatico.
- Asparagi. 70. *C. oblonga*, thorace rubro, punctis duobus nigris, elytris flauis: cruce punctisque quatuor nigris. *Faun. succ.* 430.
Frisch. inf. 1. p. 27. t. 6. *Roef. inf.* 2. scar. 3. p. II. t. 4.
Habitat in Asparago officinali.
Conf. Cancarellum Asparagi Vallisi. oper. 1. t. 7.
- Cerasi. 71. *C. oblongiuscula* grisea: oculis nigris. †
Fn. succ. 435. *Chrysomela liuida*, oculis nigris.
Habitat in Europae Pruno Pado.
- sulphu-
rea. 72. *C. oblonga* flaua tota.
Habitat in Noruegia. D. C. Solander.
- ceruina. 73. *C. oblonga* liuida.
Habitat in Europa.
Color dorfi constat e pilis vix conspicuis glauco-fuscis.

- ceram- 74. *C. oblonga nigra*, elytris testaceis, antennis ferratis.
boides. *Habitat in Europa.*
- murina. 75. *C. oblonga nigra*, elytris pedibusque testaceis.
Habitat in Europa.
- hirta. 76. *C. oblonga villosa nigra*, elytris testaceis.
Habitat in Europa.
- inda. 77. *C. oblonga cyanea*, pedibus longitudine corporis.
M. L. V.
Habitat in India.
Magnitudo Scar. stercorarii. Elytra laevia. Pedes lon-
giores quam in reliquis.
- elongata. 78. *C. elongata atra*, thorace rubro subvillosa.
Habitat in Germania. P. Forskåbl.
Haec reliquis longior et admodum angusta ratione con-
generum.

177. CVRCVLIO. *Antennae subclauatae, rostro in-*
fidentes.

Rostrum corneum prominens.

* *Longirostres femoribus simplicibus.*

- Palma- 1. *C. longirostris ater*, thorace ovato planiusculo, elytris
rum. abbreviatis striatis. *M. L. V.*
Rumph. herb. I. p. 79, 83. t. 17. f. G. Cossus Sa-
guarius.
Pet. gaz. t. 35. f. 5. Merian. surin. t. 48. f. 3.
Habitat in Indiae Palmis.
Antennae apice quasi bifariam truncatae.
- indus. 2. *C. longirostris ater*, thorace subovato excavato-puncta-
to, elytris rugoso-fulcatis, tibiis spinosis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Magnitudo praecedentis. Rostrum apice bilobum.
- hemipte- 3. *C. longirostris obscure purpurascens*, elytris abbreviatis
rus. maculatis. *M. L. V.*
Habitat in India.
Thorax lineis nigris longitudinalibus.

- violaceus. 4. *C. longirostris violaceus*, proboscide thoracis longitudine. *Fn. succ.* 451.
Habitat in Europa.
- Alliariae. 5. *C. longirostris violaceus totus.*
Fn. succ. 468. *Curculio nigro-caerulescens.*
Habitat in Eryfimo Alliaria et affinis.
- cyaneus. 6. *C. longirostris ater*, elytris violaceis, scutello albo.
Fn. succ. 467.
Habitat in Europa, imprimis in Salicibus.
- aterri- 7. *C. longirostris ater*, elytris nitidis. *Fn. succ.* 466.
mus. *Habitat in Europa.*
- Cerasi. 8. *C. longirostris ater*, elytris opacis oblongis. *Fn. succ.* 465. *It. scan.* 355.
Habitat in foliis Cerasi et Pyri, epidermidem excedens, commaculans.
- acridulus. 9. *C. longirostris piceus*, abdomine ovato. *Fn. succ.* 463.
Habitat in Europae plantis tetradynamiae.
- purpureus. 10. *C. longirostris purpureus nitens.* *Fn. succ.* 457.
Pet. gaz. t. 22. f. 5. *Scarabaeus miniatus minimus.*
List. loqu. 394.
Habitat in Europa.
- frumentarius. 11. *C. longirostris sanguineus.* *Fn. succ.* 475.
Aff. Stockb. 1750. p. 186. n. 1.
Leeuwenh. arc. 168. aug. 6. p. 83. f. 1.
Habitat in Europae frumento.
- granarius. 12. *C. longirostris piceus oblongus*, thorace punctato longitudine elytrorum. *Fn. succ.* 462.
Rai. inf. 88. *Scarabaeus parvus sordide s. obscure fulvus*, proboscide longa deorsum arcuata.
Habitat frequens in granulis auenaceis, in mercatorum tabernis frequens.
- dorsalis. 13. *C. longirostris*, elytris rubris: futura nigra.
Fn. succ. 475. *Curculio niger*, elytris in medio rufescentibus.
Habitat in Floribus.

14. *C.*

Curculionum longirostrium larvae pleraeque fructus et semina, brevisostrium vero folia consumunt, variae etiam caules perforant.

- melano- 14. *C. longirostris cinereus*, coleoptris fascia cordata fu-
cardius. sca. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Macula utraque elytra combinans literam V refert.
- Pini. 15. *C. longirostris*, elytris testaceis: fasciis nebulosis. *Fn.*
succ. 446.
It. ocl. 26. Curculio subfuscus, elytris fasciis duabus
testaceis.
Pet. gaz. 14. t. 8 f. 6. Curculio noruegicus.
β. Curculio longirostris, elytris macula ferruginea. *Fn.*
succ. 447.
Habitat in Pini sylvestris cortice et resina.
Vidi α et β copula iunctos.
Hic et 49. adeo similes ut synonyma utrisque communia;
esse tamen distinctos nec sexu tantum differentes scu-
tellum pluresque notae suadent.
- Rumicis 16. *C. longirostris griseus nigro-nebulosus oblongus*, pe-
dibus antennisque subfuscis. *Fn. succ. 454.*
Habitat in Rumicibus Lapatibus, folia subtus exedendo
maculans.
- Lapathi. 17. *C. longirostris albo nigroque varius muricatus.*
Habitat in Rumicibus Lapatibus.
- cupreus. 18. *C. longirostris obscure aeneus, subtus obscurior.*
Habitat in Europa.
- scaber. 19. *C. longirostris cinereus, pedibus rufis, elytris scabris.*
Habitat in Europa.
- T. album. 20. *C. longirostris ater, abdominis lateribus posticisque*
lacteis.
Habitat in Westerbothnia. D. Solander.
Maior pediculo; ad abdominis latera iuxta pectus linea
utrinque alba T literam referens.
- Quercus. 21. *C. longirostris pallide flauus, oculis nigris. Vddm.*
diff. 25.
Habitat in Quercus Roboris foliis, inter venas maiores
subcutaneus, folia maculans. Magnitudo Pediculi.
- arator. 22. *C. longirostris testaceus, coleoptrorum futura nigra*
repanda.
Habitat in Suecia. T. Bergman.
Thorax obscurior lineis 3 flauis. Elytra valde striata
et lineis 3 nigris plerumque interruptis.

- 2-punctatus. 23. *C. longirostris cinereus*, elytris macula nigra, tibiis fluorescentibus. *Fn. suec.* 470.
Habitat in Europa.
- 4-maculatus. 24. *C. longirostris nigricans*, coleoptris maculis quatuor albidis.
Habitat in Europa.
- 5-maculatus. 25. *C. longirostris griseus*, coleoptris maculis quinque albidis.
Habitat in Europa.
- pericarpus. 26. *C. longirostris subglobosus nebulosus*, coleoptris macula cordata alba. *Fn. suec.* 461.
Habitat in Scrophulariis cum sequente.
- Scrophulariae. 27. *C. longirostris subglobosus*, coleoptris maculis duabus atris dorsalis.
Fn. suec. 460. *Curculio subglobosus punctis duobus nigris futurae longitudinalis coleoptorum, thorace exalbido.*
List. loqu. 395. *Scarabaeus exiguus cinereus*, duabus maculis nigris.
Reaum. inf. 3. t. 2. f. 12.
Habitat in Scrophularia, Verbasco.
Larva viscosa exedit fructus, suosque folliculos substituit.
- vittatus. 28. *C. longirostris*, elytris lineis albis luteisque.
Sloan. iam. 2. p. 210. *Scarabaeus curculio proboscide longa deorsum arcuata, elytris fasciis albis et luteis variegatis.*
Habitat in Europa.
- paraplecticus. 29. *C. longirostris cylindricus subcinereus*, elytris mucronatis.
Fn. suec. 445. *It. scan.* 184. *Curculio fuscus oblongus*, elytris rectis acuminatis.
Habitat in Phellandrio, Sio.
Larva intra caulem saepe sub aqua haeret. Equis Paraplecticam caussari creditur.
- algerus. 30. *C. longirostris subcylindricus laevis fuscus* punctis prominulis adpersus.
Habitat Algiriae. E. Brander.

Statura antecedentis; sed postice minus acutus et subcinerascens.

- Bacchus. 31. *C. longirostris aureus, rostro plantisque nigris.*
Habitat in Vite.
- Betulae. 32. *C. longirostris, thorace antrorsum saepe spinoso, corpore viridi aurato, subtus concolore.*
Fn. suec. 456. Curculio caeruleo-viridis nitens, antennis atris.
Habitat in Betula, Alno.
Alter sexus thoracis spinas habet; alter non.
- Populi. 33. *C. longirostris, thorace antrorsum spinoso, corpore viridi ignito subtus subatro.*
Habitat in Populo, Corylo.
Mas thorace utrinque spinoso, Femina vero non.
** * Longirostres, saltatorii femoribus posticis crassis.*
- Alni. 34. *C. longirostris, pedibus saltatoriis, elytris liuidis: maculis duabus obscuris.*
Fn. suec. 473. Curculio liuidus, coleoptris maculis quatuor obscuris.
Habitat in Alno Betulae.
- Salicis. 35. *C. longirostris, pedibus saltatoriis, elytris atris: fasciis duabus albis.*
Habitat in Salicis floribus.
- Fagi. 36. *C. longirostris, pedibus saltatoriis, corpore atro, femoribus pallidis. Fn. suec. 469. It. scan. III.*
Habitat in Fagi foliis.
- Segetis. 37. *C. longirostris, pedibus saltatoriis, corpore piceo, elytris oblongis. Fn. suec. 464.*
Habitat in agris super spicas.
** * * Longirostres femoribus dentatis.*
- Pomorum. 38. *C. longirostris, femoribus anticis dentatis, corpore griseo nebuloso. Fn. suec. 458.*
Frisch. inf. 1. p. 32. t. 8. Curculio in floribus arborum.
Habitat in Floribus Pomonae.

- ouatus. 39. *C. longirostris*, femoribus omnibus dentatis, corpore
ouato nigro albo-maculato.
Habitat in Europa.
- carbona- 40. *C. longirostris*, femoribus omnibus dentatis, corpore
rius. nigro oblongo, elytris striatis.
Habitat in Europa. D. C. Solander.
- mucosus. 41. *C. longirostris*, femoribus quatuor anterioribus dentatis,
elytris polline flavescentibus supra apicem gibbosis.
M. L. V.
Habitat in India.
- pufio. 42. *C. longirostris*, femoribus quatuor posterioribus denta-
tis, elytris nigris striatis linea repanda grisea. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
*Linea grisea repanda in singulo elytro longitudinaliter
excurrit.*
- vaginalis. 43. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris striatis: tu-
berculis sparsis iuxta apicem mucronatis. *M. L. V.*
Habitat in America, Surinami.
*Thoracis fossula pro rostro. Elytrorum striae ex punctis
cauis villosis.*
- stigma. 44. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris macula fer-
ruginea. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
*Fossula inter pedes pro rostri receptione, ut in antecede-
dente.*
- depressus. 45. *C. longirostris*, femoribus dentatis, thorace depresso
lateribus obtuse angulato. *M. L. V.*
Habitat in America.
Corpus griseum punctis nigris glabris prominulis.
- annula- 46. *C. longirostris*, femoribus dentatis, thorace elytrisque
tus. fasciis linearibus nigris. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
*Thorax linea unica, elytra duabus cinguntur; oculi an-
nulo albo.*
- dispar. 47. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris emarginatis
rubro-striatis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

*Antennae filiformes. Corpus nigrum. Femina rostro bre-
ui valide forcipato.*

- anchora- 48. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris flauo stria-
go. tis, thorace elongato. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
*Thorax longitudine saepe abdominis, vnde structura sin-
gularis, et rostrum longitudine thoracis.*
- Abietis. 49. *C. longirostris*, elytris fuscis: fasciis duabus linearibus
interruptis griseis; femoribus dentatis.
Fn. succ. 447. It. oel. 26. C. subfuscus.
Pet. gaz. 14. t. 8. f. 6. C. noruegicus.
Habitat in Pini syluestris Cortice et resina.
- germa- 50. *C. longirostris*, femoribus subdentatis, corpore ouato
nus. nigro punctis testaceis adperso.
Habitat in Germania. P. Forskåhl.
*Inter maximos Europaeos. Rostrum crassiusculum. Tho-
rax subrotundus utrinque punctis 3 ferrugineis. Coleo-
ptera abdomen tegentia, ouata, nigra punctis ferrugineis
adpersa. Femora postica obsolete dentata; ante-
riora 4 mutica cum rudimento dentis. Similis C. pini.*
- Nucum. 51. *C. longirostris*, femoribus dentatis, corpore griseo
longitudine rostri.
*Vdvm. diff. 24. Curculio ouatus griseus, rostro filifor-
mi longitudine corporis.*
Roes. inf. suppl. 385. t. 67. f. 5. 6.
Habitat in Nucibus Coryli Auellanae.
- 5-puncta- 52. *C. longirostris*, femoribus dentatis, elytris futura alba,
tus. maculisque duabus.
Habitat in Europa.
- hispidus. 53. *C. longirostris*, femoribus dentatis, corpore sulcato ad-
perso squamis erectis.
Habitat in Europa.
- rectiro- 54. *C. longirostris*, femoribus dentatis, rostro rubro, ely-
stris. tris obsolete fasciatis.
Habitat in Europa.
- pedicula- 55. *C. longirostris*, femoribus dentatis, corpore rubro,
rius. elytris albido-subfasciatis.
Habitat in Europa.

* * * * *Breuirostris femoribus dentatis.*

Ligustici. 56. *C. breuirostris*, femoribus subdentatis, abdomine subouato murino.

Habitat in Ligustico Leuistico.

Pyri. 57. *C. breuirostris*, femoribus dentatis, aeneo-fuscus. *Fn. succ. 449.*

Fn. succ. 455. It. scan. 355. Curculio viridis opacus, pedibus antennisque magis fulcis.

Habitat in Pyri foliis.

oblongus. 58. *C. breuirostris oblongus*, femoribus dentatis, antennis elytris pedibusque ferrugineis.

Habitat in Suecia. D. C. Solander.

• *Magnitudo Dermestis.*

argenta- 59. *C. breuirostris*, femoribus dentatis, corpore viridi ar-
tus. gentato. *Fn. succ. 449.*

Fn. succ. 459. Curculio femoribus omnibus denticulo notatis, corpore viridi oblongo.

Habitat in Europae Vrtica.

ouatus. 60. *C. breuirostris*, femoribus dentatis, abdomine ouato nigro, pedibus antennisque rufis.

Habitat in Europa.

ceruinus. 61. *C. breuirostris*, femoribus dentatis, antennis basi rufescentibus.

Habitat in Europa.

* * * * * *Breuirostris femoribus muticis.*

argyreus. 62. *C. breuirostris*, femoribus submuticis, corpore toto viridi-argenteo-aureoque maculato. *M. L. V.*

Habitat in Indiis.

Facies C. argentati. Sub femoribus primoribus spina obsoleta.

viridis. 63. *C. breuirostris*, femoribus muticis, corpore viridi supra obscuro, subtus flauidiore.

Habitat in Europa.

Magnitudo et statura C. Pyri, supra totus e viridi fuscus, subtus e flauo viridis, quo colore etiam latera elytrorum lucent. Antennae et Pedes nigri.

- specio- 64. *C. breuirostris*, femoribus muticis, corpore luteo viri-
 fus. di-nitente, elytris spinis sparsis. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.
Elytra singula in dorso protuberant spinis quinque.
- ruficor- 65. *C. breuirostris*, femoribus muticis, corpore atro, tho-
 nis. race bituberculato, antennis rubris.
Habitat in Europa.
- albinus. 66. *C. breuirostris niger*, fronte anoque albis, thorace
 tuberculato.
Vldm. diff. 27. Curculio niger, aculeis thoracis tribus,
elytrorum sex.
Habitat in Europa.
Color fere Curculionis Lappathi.
- lineatus. 67. *C. breuirostris griseus*, thorace striis tribus pallidiori-
 bus. *Fn. suec. 450.*
Habitat in Europa.
- incanus. 68. *C. breuirostris cinereus oblongus*, elytris obtusiusculis.
Fn. suec. 452.
Habitat in Europa.
- chloropus. 69. *C. breuirostris niger*, antennis tibiisque ferrugineis.
Habitat in Europa.
Magnitudo Pulicis.
- rufipes. 70. *C. breuirostris cinereus oblongus*, pedibus rufis. *Fn.*
suec. 453.
Habitat in Europa.
- nebulosus. 71. *C. breuirostris oblongus canus*, elytris fasciis obliquis
 nigris.
Fn. suec. 448. Curculio albo nigroque varius, proboscide planiuscula carinata thoracis longitudine.
Frisch. inf. II. p. 32. t. 23. f. 3.
Habitat in Europa.
- ater. 72. *C. breuirostris oblongus ater*, antennis rufis.
Habitat in Europa.
- emeritus. 73. *C. breuirostris niger*, thorace elytrisque spinosis, fronte
 excavata. *M. L. V.*
Habitat in Indiis.

*Facies tristis aranei. Elytra adspersa verrucis pilosis.
Abdomen multum elytris tectum.*

- barbarus. 74. *C. breuirostris ater, thorace subspinoso, elytris angulo duplici crispato.
Habitat Algiriae. Brander.
Magnitudo fere Scarabaei stercorarii. Corpus totum ater-
rimum. Caput, Thorax, Pectus, Pedes punctis exca-
uatis adspersa. Elytra coalita vix debescunt, ad latera
inferiora punctis gibbis adspersa; supra in singulo li-
neae duae eleuatae punctis muricatae. Thorax varie
excauatus, ad latera quasi spina rotundata utrinque
notabilis.*
- cornutus. 75. *C. breuirostris cinereus, thorace elytrisque subspinosis,
capite cornuto. M. L. V.
Habitat in Indiis.
Caput angulo utrinque supra antennis et alio utrinque
supra basin; elytra quasi echinata punctis cum fasci-
culo pilorum adiecto.*
- 16-pun- 76. *C. breuirostris caerulefcens, thorace punctis nigris qua-
etatus. tuor, coleoptris duodecim. M. L. V.
Habitat in Indiis.
Magnitudo Crabronis. Caput sulco notatum. Abdomen
etiam subtus vna alteraue macula nigra.*
- granula- 77. *C. breuirostris viridis striatus punctis nigris eleuatis.
tus. M. L. V.
Habitat in Indiis.
Magnitudo Scar. stercorarii.*
- abbrevia- 78. *C. breuirostris subfuscus, elytris griseis: striis atris gla-
tus. bris eleuatis abbreviatis. M. L. V.
Habitat in Indiis.
Elytra griseo vellere quasi obducta, praeter strias et mar-
gines.*
- chinen- 79. *C. breuirostris griseus, elytris abbreviatis, antennis pe-
fis. ctinatis, podice albo.
Habitat in Pisis omnis generis, e China allatis.*
- apterus. 80. *C. breuirostris, pedibus muticis, corpore atro, thorace
spinoso, elytris coadunatis, abdomine punctato.
Habitat in India. De Geer.*

Maximus. Thorax punctatus cruce quasi inustus. Abdomen subtus trifariam rubro punctatum. Corpus nigrum.

178. ATTELABUS. Caput postice attenuatum, inclinatum.

Antennae apicem versus craffiores.

- Coryli. 1. *A. niger*, elytris rubris.
Fa. succ. 476. *It. oel.* 153. *Curculio niger*, elytris rubris, capite postice elongato.
Habitat in foliis Coryli, que in cylindrum conuoluit et utrinque claudit.
- furina- 2. *A. elytris apice bidentatis.*
 menfis. *Habitat Surinami. Rolander.*
Similis A. pensylvanico, minor A. coryli. Caput et Thorax nigra. *Antennae albo fuscoque annulatae. Pedes ferruginei: Femora annulo baseos albo. Elytra fusca striata, apice bidentata.*
- pensyl- 3. *A. niger*, elytris rubris: fascia media apicisque nigro.
 vanicus. *Habitat in Philadelphia. Kalm.*
Statura praecedentis omnino, sed alius et minor. Caput depressum, nigrum, postice elongatum, maxillis rufis. Antennae filiformes, obtusae, basi flavescentes. Thorax oblongus, niger, glaber. Elytra rufa, fascia in medio nigra et alia ad apicem. Pedes rufi.
- Betulae. 4. *A. pedibus saltatoriis, corpore toto atro.*
Habitat in Betulae foliis, que pulchre crispa rodendo reddit. Rolander.
- formica- 5. *A. niger*, elytris fascia duplici alba basi rubris. *Faun.*
 rius. *succ.* 477.
Ionst. inf. . . t. 15. List. nat. t. 31. f. 1.
Rai. inf. 103. n. 29.
Habitat in Europa.
- spylus. 6. *A. viridis*, elytris fascia duplici flaua interrupta, thorace hirsuto. *M. L. V.*

Habitat in Sipylo. Hasselquist.

Statura et magnitudo A. formicarii.

apiarius. 7. *A. caerulefcens, elytris rubris, fasciis tribus nigris.*

Svamm. bibl. . . t. 26. f. 3. Reaum. inf. 6. t. 8. f. 10.

Habitat in Germania. P. Forsk. bl.

Facies A. formicarii, sed duplo maior. Corpus totum atro-caerulefcens, sed Caput et Thorax pilis nigris pubescencia. Pectus et abdomen nitidius caerulefcencia, ut et Femora postica, quae longiora. Elytra rubra, fasciis tribus margine repandis atris: quarum prima vix marginem lateralem attingit; postrema in ipso apice elytri, caerulefcens. Antennae nigrae, clauatae.

mollis. 8. *A. griseus pubescens, elytris fasciis tribus pallidis.*

Vddm. diff. 28. t. I. f. 9. Curculio oblongus ruber,

elytris nigris: fascia triplici albicante.

Habitat in Europa.

Ceram- 9. *A. ater, elytris rugosis.*

boides. *Vddm. diff. 26. t. I. f. I. Curculio maximus ater oblongus. elytris irregulariter reticulatis.*

Habitat in Boleto fomentario.

Bupre- 10. *A. ater, elytris neruosis, thorace subglobofo.*

stoides. *Fn. succ. 554. Buprestis ater.*

Habitat in Europa.

179. CERAMBYX. *Antennae attenuatae.*

Thorax spinosus aut gibbus.

Elytra linearia.

* *Thorace spinis lateralibus mobilibus.*

longima- 1. *C. thorace spinis mobilibus, elytris basi videntatis apiceque bidentatis, antennis longioribus.*

nus. *Sloan. iam. 2. p. 209. Scarabaeus Capricornus maximus nigricans, fasciis elytrorum coccineis et flauis.*

Grey. mus. 163. t. 13.

Merian. surin. t. 28.

Vincent. mus. t. I. fig. infim. media.

Roesl. inf. 2. scarab. 2. p. II. t. I. f. a.

Habitat in America.

In altero sexu tibiae anticae longissimae, ut in Scar. longimano.

2. C.

trochlea- 2. C. thorace spinis mobilibus, elytris fusco canoque variis:
ris. punctis elevatis.

Habitat in India. De Geer.

* * *Thorace marginato dentibus lateralibus.*

cervicor- 3. C. thorace marginato dentato, maxillis porrectis corni-
nis. formibus vtrinque spinosis, antennis breuibus.

Sloan. iam. 2. t. 237. f. 6. Merian. surin. t. 48.

Roef. inf. 2. scarab. 2. p. 12. t. 1. f. B. Pet. gaz. t. 44. f. 8?

Brown. iam. 429. t. 44. f. 8.

Habitat in America.

Antennae corpore breuiore. Thoracis dentes 3 validi.

Elytra lineata.

coriarius. 4. C. thorace marginato-dentato, corpore piceo, elytris mu-
cronatis, antennis corpore breuioribus.

*Fn. succ. 480. Cerambyx niger, thorace planiusculo:
margine vtrinque tridentato, coleoptris piceis.*

Roef. inf. 2. scarab. 2. t. 1. f. 1. 2.

*Gadd sat. 79. Cerambyx cinereo nigricans, antennis et
pedibus rufis.*

Habitat in Betulis putridis.

Mas vtrinque thorace videntato, Femina tridentato.

cinnamo- 5. C. thorace marginato denticulato, corpore ferrugineo,
meus. elytris mucronatis.

Merian. sur. t. 24. f. 1. 2.

Habitat in America.

*Thoracis denticulus lateralis posticus validior. Elytra co-
lore cort. cinnamomi.*

festius. 6. C. thorace vtrinque bidentato, elytris bidentatis viridi-
bus linea lutea.

Habitat in America. Rolander.

*Thorax rubro nigroque varius. Antennae basi rubrae,
vix corpore longiores. Elytra apice bidentata, viri-
dia, stria duplici elevata; Linea longitudinalis lutea
iuxta marginem exteriorem.*

lineatus. 7. C. thorace marginato dentato, elytris nigris lineis albis,
antennis compressis breuioribus.

Sloan. iam. 2. p. 209. t. 237. f. 34.

Brow. iam. 430. t. 43. f. 7.

Habitat in Iamaica.

- spinibar- 8. C. thorace marginato subcrenulato, capite sub maxillis
bis. spinoso scabro, antennis breuibus.
Habitat in America.
Corpus nigrum. Antennae corpore breuiores.
- *** *Thorace rotundato, spinis fixis lateralibus mucronato.*
- Batus. 9. C. thorace spinoso rugoso, elytris bidentatis, antennis
longis uncinato-aculeatis. *M. L. V.*
Mus. petrop. 652. n. 154. Capricornus niger cornutus.
Habitat in Indiis.
Antennae articulis 1-5 subtus aculeo recuruo armatis.
- Rubus. 10. C. thorace spinoso, antennis subtus aculeatis, elytris
bidentatis punctis 4 albis.
Habitat in India. De Geer.
Magnus. Thorax utrinque spina fixa, subtus linea alba.
Elytra laeuius, basi punctis rugosa, apice bidentata.
- ferrugi- 11. C. thorace spinoso rugoso, elytris fastigatis subferrugi-
neus. neis, antennis longis.
Habitat in India.
- Sentis. 12. C. thorace spinoso laeui, elytris fastigiatis biguttatis,
antennis subtus aculeatis longioribus.
Habitat in India.
Antennae corpore sesquialongiores. Corpus griseum. Elytra
antice punctis eleuatis subscabra. Maculae duae albae
paruae longitudinales. Linea alba ab antennis per late-
ra thoracis et abdominis versus anum ducta.
- farinosus. 13. C. thorace spinoso niger, elytris punctis albis sparsis
farinosis.
Merian. swin. t. 24. f. infima.
Habitat in America. De Geer.
- depressus. 14. C. thorace quadrispinoso, dorso depresso, elytris ne-
bulosis: antice punctis eleuatis sparsis.
Habitat in India. De Geer.
- glaucus. 15. C. thorace quinquespinoso glaucus, elytris muricatis
latere fasciae nigris, antennis longioribus.
Habitat in America. Rolander.
Insectum supra albido-glaucum, subtus fuscum. Tho-
rax supra spinis 4 et quinto in medio posterioribus. Elytra
trun-

truncata, videntata, antice echinato-muricata, lateribus nigra cum lineola, postice quasi fascia elytra secante. Antennae corpore vix duplo longiores.

- lamed. 16. *C. thorace spinoso pubescente, elytris fastigiatis lividis, fascia obscura longitudinali flexuosa, antennis brevioribus.*
Fn. succ. 498. Leptura nigra, elytris nigricante lividoque variis.
Habitat in Europa.
- nebulosus. 17. *C. thorace spinoso, elytris fastigiatis punctis fasciisque nigris, antennis corpore longioribus. Fn. succ. 483. It. gotl. 273.*
Habitat in Abietum truncis.
- hispidus. 18. *C. thorace spinoso, elytris supraemorsis, punctisque tribus hispidis, antennis hirtis longioribus.*
Fn. succ. 484. t. 1. Cerambyx cinereus, elytris praemorsis nigris fasciaque alba, antennis sesquialongioribus.
Habitat in Europa.
- desertus. 19. *C. thorace spinoso albo-lineato, elytris bidentatis albo fasciatis, antennis longioribus. M. L. V.*
Habitat in America.
Thorax lineis 5 albis, quarum laterales sub thoracis margine sunt.
- succinctus. 20. *C. thorace bispinoso rugoso, elytris fastigiatis fascia flava, antennis longioribus compressis. M. L. V.*
Habitat in America.
- virens. 21. *C. thorace spinoso, elytris obtusis, corpore viridi, antennis longioribus, femoribus videntatis. M. L. V.*
Sloan. iam. 2. . . t. 237. f. 39. 40.
Brown. iam. 430. t. 43. f. 8.
Habitat in India.
- moschatrus. 22. *C. thorace spinoso, elytris obtusis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis mediocribus.*
Fn. succ. 478. Cerambyx viridi caerulescens, antennis corpus subaequantibus.

Mouff.

Mouff. inf. 133. *f. ultima.* *Frisch. inf.* 13. *t. II.*
Rai. inf. 31. *n. 17.*
Habitat in Europa.

- alpinus.** 23. C. thorace spinoso, coleoptris obtusis fascia maculisque quatuor atris, antennis longis.
It. scan. 260. Cerambyx subcaerulescens, fascia maculisque 4 nigris.
Inst. inf. t. 15. *f. 3.* *Rob. ic.* 8.
Scheuch. itin. I. *t. I. f. 5.*
Habitat in Heluetia.
- aedilis.** 24. C. thorace spinoso: punctis quatuor luteis, elytris obtusis nebulosis, antennis longissimis.
Fn. suec. 479. *It. oel.* 8. Cerambyx nebulosus, antennis corpore longioribus, thoracis punctis quatuor luteis.
Pet. gaz. t. 8. *f. 8.* Capricornus rufficus.
Mouff. inf. 151. *f. 2.* *Frisch. inf.* 13. *t. 12.*
Habitat in truncis arborum Europae.
- futor.** 25. C. thorace spinoso, elytris obtusis atris subnebulosis, scutello pallido, antennis longissimis.
Fn. suec. 482. Cerambyx ater, elytris punctatis maculis pallidis sparsis, antennis corpore longioribus; thorace spinoso.
Gadd. diff. 27. Cerambyx nigro nebulosus, scutello pallido, elytris fusco aeneis.
Habitat in Europa.
- cerdo.** 26. C. thorace spinoso rugoso nudo, corpore nigro, antennis longis: articulis quatuor primis clauatis.
Habitat in Italia. M. Kaehler. in Germania. Forskabl.
Statura praecedentis; corpus et artus nigra. Elytra apice pallidiora s. picea. Antennae corpore longiores: articulis 4 primis brevioribus clauatis s. apice rotundatis; reliquis compressis.
- textor.** 27. C. thorace spinoso, elytris obtusis conuexis atris, antennis mediocribus.
Vddm. diff. n. 29. Cerambyx fordide niger, punctis elevatis sparsis, antennis crassis corporis longitudinem subaequantibus.
Habitat in Europa.

- fuliginator. 28. *C. C. thorace subspinoso niger, elytris cinerascens, antennis brevioribus.*
Habitat in Germania. P. Forstkübl.
Minor Ape; totus ater. Antennae vix corporis longitudine. Thorax rotundatus, parce spinosus. Elytra minus acuta, vix cinereo sordida inquinata.
- coquus. 29. *C. thorace subspinoso hirsuto, elytris obtusis fulcatis atris antice ferrugineis, antennis mediocribus.*
Habitat in Canada. Kalm.
Spinnae thoracis villosi potius digitis quam oculis observantur.
- cursor. 30. *C. thorace spinoso, elytris obtusis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.*
Fn. succ. 481. Cerambyx rufus, coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.
Habitat in Europa.
- kaehlerii. 31. *C. thorace spinoso niger, thorace elytrisque macula magna nigra.*
Habitat in Italia. M. Kaehler.
Magnitudo media. Corpus et artus nigra. Thorax sanguineus macula in tergo magna, rotundata, nigra. Elytra sanguinea: macula magna, ovali, nigra, utroque elythro communi, a medio ad apices fere extensa. Femora apice emarginata, acuta. Antennae vix corporis longitudine.
- inquisitor. 32. *C. thorace spinoso, elytris nebulosis fusco subfasciatis, antennis corpore brevioribus.*
Fn. succ. 485. Cerambyx cinereus nigro nebulosus, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.
Frisch. inf. 13. t. 14.
β. Fn. succ. 486. Cerambyx cinereus, coleoptris fasciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.
Habitat in Europa.
- fur. 33. *C. thorace spinoso gibboso, coleoptris ovatis: fascia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.*
Fn. succ. 487. Cerambyx testaceus, elytrorum fascia duplici albida, thorace spinoso.

Antennae Breves, quae corpore breviores; Mediocres quae longioris; Longae quae corpore longiores sunt

Habitat in herbariis, insectorum collectionibus, aibus exsiccatis, pellibus, stensilibus, culinis, pessimus nobis hospes.

Genere anceps ob Antennas filiformes et quod caput Dermestis more intra thoracem retrahat incurvatum.

* * * * Thorace inermi subcylindrico.

- carcharias. 34. C. thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus. *Fn. succ. 493.*
Goed. inf. 2. t. 51. List. goed. f. 106.
Pet. gaz. t. 2. f. 1.
Habitat in Europa.
- scalaris. 35. C. thorace mutico cylindrico, coleoptris linea flava dentata punctisque flavis, antennis mediocribus. *Faun. succ. 494.*
Habitat in Europa.
Variat linea caerulefcente loco flavae.
- populneus. 36. C. thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.
Gadd. fat. 79. Cerambyx fusco cinereus, antennis nigro alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis.
Habitat in Europa.
- cylindricus. 37. C. thorace mutico cylindrico linea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis.
Roef. inf. 2. scarab. 2. t. 3.
Habitat in Europa.
Antennae vix corpore longiores.
- oculatus. 38. C. thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris.
Vddm. diff. 31. Cerambyx ferrugineo-rufus, elytris nigro cinereis punctis excauatis nigris.
Habitat in Europa.
Antennae mediocres.
- zonarius. 39. C. thorace mutico cylindrico rugoso, antennis longioribus, elytris obtusis fuscis: fascia lineari albida.
M. L. V.
Habitat in America.

* * * * * *Thorace inermi subrotundo f. ex globoso depresso.*

ferrati- 40. C. thorace mutico subouali, corpore lurido fusco,
cornis. antennis compressis ferratis mediocribus;
Habitat in Europa.

rusticus. 41. C. thorace mutico subrotundo nudo, corpore lurido,
antennis breuioribus subulatis.
Fn. succ. 492. Cerambyx fuscus, punctis thoracinis im-
pressis.
Habitat in Europa.

femora- 42. C. thorace inermi subrotundo, corpore atro, femori-
tus. bus rubris, antennis mediocribus.
Habitat in Germania.
Sequenti dimidio minor, angustior; sola femora rubra.
Antennae vix corporis longitudine.

viola- 43. C. thorace mutico subrotundo, corpore violaceo, an-
ceus. tennis mediocribus.
Fn. succ. 495. Cerambyx violaceus nitens, antennis
nigris, femoribus clauatis.
Gadd. diff. 28. Cantharis nigra, thorace rotundato, ely-
tris caerulefcentibus.
Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 1.
Habitat in Europa.

auratus. 44. C. thorace dente laterali depresso viridi-inauratus, an-
tennis nigris, femoribus posticis caeruleis.
Habitat in America. Rolander.
Similis C. violaceo. Caput et Thorax viridi-inaurata.
Dens thoracis utrinque postice a basi suu excava-
tus. Elytra rubro-viridi-aurata. Antennae nigrae,
vix corpore longiores. Abdomen et totum corpus
subtus viridi-aeneum. Pedes purpurei: Femora po-
stica caerulea.

stigma. 45. C. thorace submutico subrotundo excauato punctato,
corpore atro, elytris laeuibibus: stigmatate albo.
Habitat in America. Rolander.
Totus niger. Thorax hemisphaericus, submarginatus, pun-
ctis numerosis excauatus, postice ad angulum latera-
lem vix dentibus duobus utrinque excauatus. Scutel-
lum laeue, longius quam in reliquis. Elytra laenja-
nigra,

nigra, singula pone scutellum lineola extrorsum obliqua alba.

- striatus*. 46. *C. thorace mutico subrotundo, corpore nigro, elytris striatis, antennis breuibus.*
Habitat in Europa.
- testaceus*. 47. *C. thorace mutico subrotundo glabro, corpore testaceo, antennis mediocribus. Fn. suec. 491.*
Habitat in Europa.
- baiulus*. 48. *C. thorace mutico subrotundo villoso, tuberculis duobus, antennis breuibus.*
Fn. suec. 489. Cerambyx nigricans, thorace villoso cinereo, punctis duobus glabris.
Frisch. inf. 13. t. 10.
β. *Fn. suec. 490. Cerambyx testaceus, thorace villoso cinereo lineolis duabus glabris.*
Habitat in Europa; in America septentrionali. Kalw.
- fennicus*. 49. *C. thorace mutico subrotundo tuberculis subferrugineo obsoletis, elytris violaceis, antennis longiusculis.*
Vddm. diff. 33. Cerambyx elytris nigro caeruleis apice abdominis ferrugineo.
Habitat in Europa.
- vndatus*. 50. *C. thorace mutico subrotundo tuberculato, elytris fasciis duabus vndulatis, antennis submediocribus. Fn. suec. 488.*
Habitat in Europa.
- sanguineus*. 51. *C. thorace mutico subrotundo elytris que sanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus.*
Habitat Vpſaliae in parietibus. Jſac. Vddman.
Statura omnino C. Baiuli, at Thorax supra Scutellum. Elytra, Anus omnino sanguinea, tomento vix conspicuo; reliqua atra. Thorax supra magis lateribus depressus, quam baiulus.
- castaneus*. 52. *C. thorace mutico subrotundo, corporeque nigro, elytris antennis pedibusque ferrugineis, antennis breuioribus.*
Habitat in Suecia.
Magnitudo C. vndati, sed paulo angustior. Femora postica nigra. Latera thoracis parum rubra. Antennae corpore breuiores. Affinis C. rustico, sed minor.

180. LEPTVRA. *Antennae setaceae.*
Elytra apicem versus attenuata.
Thorax teretiusculus.

* *Thorace ovato s. antrorsum oblongiusculo angustiore.*
Elytris apice truncatis.

aquatica. 1. *L. deaurata*, antennis nigris, femoribus posticis dentatis.
Fn. succ. 509.

Rai. inf. 100. Cantharis arundines frequentans.

β. *Leptura subaeneo-violacea*, femoribus posticis dentatis.
Fn. succ. 510.

Habitat in plantis aquaticis, Nymphaeis, Caricibus, Phellandrio, cuius radici adhaeret pupa intra globum brummeum.

melanura. 2. *L. nigra*, elytris rubescentibus liuidisue apice nigris. *Fn. succ. 499.*

Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabaeus arboreus maior violaceo ruber.

Rai. inf. 499. Cerambyx niger, elytris flavis extremitatibus nigris.

Pet. gaz. t. 30. f. 5. Capricornus exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.

Gadd. diss. 27. Leptura thorace nigro nitido, elytris obsolete sordideque flavescentibus.

Habitat in Europa.

rubra. 3. *L. nigra*, thorace elytris tibiisque purpureis. *Fn. succ. 500.*

Fn. succ. 497. Leptura nigra, thorace elytrisque rufis.

Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabaeus arboreus maior purpureo-ruber.

Habitat in Europa.

virens. 4. *L. viridi-flava*, antennis luteo viridique variis. *Faun. succ. 496.*

Habitat in Europa.

sericea. 5. *L. viridi-caerulea*, elytris subfastigiatis.
Habitat in Europa.

4-maculata. 6. *L. nigra*, elytris liuidis: maculis quatuor
succ. 502.

Habitat in Europa.

- meridiana. 7. *L. nigra*, abdomine pedibus basique elytrorum flavis.
Habitat in Germania. Forsk. bl.
Statura L. melanuræ, sed maior; basis antennarum rufa.
Articuli pedum apice nigri. Elytrorum apices præmorfi.
- interrogationis. 8. *L. nigra*, elytris liuidis: fascia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.
Vall. diff. 35. t. I. f. 2. Leptura nigra, elytris fusco flavis: maculis octo nigris.
Habitat in Europa.
- 6-maculata. 9. *L. nigra*, coleoptris testaceis: maculis sex nigris margine connexis. *Fn. succ. 504.*
Habitat in Europa.
- 4-fasciata. 10. *L. nigra*, elytris testaceis, fasciis quatuor nigris. *Fn. succ. 505.*
Habitat in Europa.
- attenuata. 11. *L. elytris fastigiatis attenuatis fulvis: fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis.*
Habitat in Europa.
- nigra. 12. *L. elytris fastigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo.*
Habitat in Europa.
- * * *Thorace subgloboso, nec antice attenuato. Elytris apice obtusis, nec truncatis.*
- virginea. 13. *L. thorace globoso nigro, elytris violaceis, abdomine rufo.*
Gadd. diff. 26. Leptura nigra, elytris caerulescentibus, toto abdomine rubro.
Habitat in Europa.
- collaris. 14. *L. thorace globoso abdomineque rubris, elytris nigris.*
Habitat in Europa.
- rustica. 15. *L. thorace globoso tomentoso, elytris cinereis: fasciis linearibus albidis vndatis.*
Habitat in Europa.
- mystica. 16. *L. thorace globoso tomentoso, elytris fusco-cinereis antice rufis: fasciis linearibus arcuatis lataque canis.*
Habitat in Europa.

- necydalea. 17. L. thorace subglobofo, elytris subulatis mucronatis glauco-aureis.
Habitat in America. Rolander.
Similis L. aquaticae. Elytra attenuata et vere subulata, glaberrima, glauco-flavescentia, margine purpurascēte. Caput nigrum. Antennae filiformes, nigrae, corpore $\frac{1}{2}$ breuiores. Femora clauata. Abdomen nigrum, teres ut ichneumoni, incisuris margine albis.
- detrita. 18. L. thorace globofo nigricante, elytris fuscis: fasciis quatuor transuersis flauis, pedibus rufis.
Vddm. diff. 31. Cerambyx ferrugineo rufus, elytris nigro cinereis punctis excauatis nigris.
Habitat in Europa.
- arcuata. 19. L. thorace globofo nigro, elytris nigris: fasciis linearibus flauis: tribus retrorsum arcuatis, pedibus ferrugineis.
Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 4. f. 1. Scarabaeus arboreus luteo pictus.
Vddm. diff. 30. Cerambyx nigris elytris: fasciis 4 flauis arcuatis.
Habitat in Europa.
- arietis. 20. L. thorace globofo nigro, elytris nigris: fasciis flauis: secunda antrorsum arcuata, pedibus ferrugineis.
Fn. succ. 507. Leptura nigra, elytrorum lineis transuersis flauis, pedibus testaceis.
Rai. inf. 82. n. 22. Scarabaeus niger, lineolis luteis pulchre variegatus.
Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 5. f. 3. List. mut. t. 31. f. 1.
Habitat in Europa.
- praeusta. 21. L. thorace subglobofo fusco, elytris flauis: apice nigris, pedibus quatuor pallidis.
Fn. succ. 506. Leptura nigra, elytris flauis apice nigris.
Habitat in Europa.
- linearis. 22. L. thorace ouato, corpore cyaneo lineari, antennis longioribus. M. L. V.
Habitat in India.
Antennae corpore sesquolongiores. Variat femoribus clauatis et linearibus.

181. CANTHARIS. *Antennae* sericeae.*Elytra* flexilia.*Thorax* planiusculus.*Abdominis* latera plicato-pilosa.* *Clypeo* semiorbiculato, *antice* rotundato. *Femina* aptera.

- Noctilu- 1. *C. oblonga* nigra, thorace testaceo margine laterali ni-
ca. gro. *Fn. succ.* 584.
Discus conuexus: Ambulacris profundis latissimis pinnatis inaequalibus; Puluillis eleuatis angustis compressis truncatis.

* * Compositae: *Stella e plurimis composita.*

punctata. 25. M. composita acaulis, punctis stellaribus confertis.

Habitat in Oceano Europaeo.

Lapis rotundatus albus friabilis. Puncta conferta parua inaequalia, singula poris 10 f. 12 pertusis conflata.

Agarici-tes. 26. M. composita acaulis fulcata, fulcis carinatis, stellis concatenatis.

Habitat in O. Indico.

Lapis constans lamellis variis diuergentibus semiorbiculatis, exaratis utrinque sulcis plurimis repandis: Fundo stellis concatenatis.

truncata. 26. M. composita, corporibus proliferis disci pluribus margine coadunatis, stellis truncatis: centro cylindrico-concauis. *Amoen. acad.* 1. p. 93. t. 4. f. X: 3. XVIII.

Habitat . . fossilis.

stellaris. 27. M. composita, corporibus proliferis centralibus solitariis, stellis margine dilatato-coadunatis. *Amoen. acad.* 1. p. 94. t. 4. f. XI. 4.

Habitat . .

polygama. 28. M. composita, stellis cylindricis duodecim-radiatis intermixtisque concauis maiusculis conuexis. *Cbin.*

Lagerstr. 51. f. 15.

Habitat in O. Asiatico.

- fauosa. 29. *M. composita*, stellis angulosis concavis coadunatis.
Amoen. acad. I. p. 96. t. 4. f. XVI.
Bocc. mus. I. t. 5. f. 3. Astroites.
Habitat . . fossilis.
- Astroites. 30. *M. composita*, stellis subrotundis concavis coadunatis.
Hort. cliff. 481.
Olear. mus. 74. t. 34. f. 5.
Bocc. mus. I. t. 5. f. 4. Astroites V.
Gesn. fig. 35.
Worm. mus. 68.
Plot. oxon. 87. t. 2. f. 6, 7. Astroites.
Boet. lap. 298.
Sloan. iam. I. p. 54. t. 21. Lapis Astroites f. stellaris.
Aldr. mus. 872. t. 877, 878, 879. Stellatus lapis.
Habitat . . fossilis.
- Organum. 31. *M. composita*, cylindris striatis membrana delleu striata combinatis.
Amoen. acad. I. p. 96. t. 4. f. 6: I. Madrepora composita, corporibus proliferis e centro solitariis, membrana reflexa coadunatis stellatis.
Habitat . . fossilis.
- flexuosa. 32. *M. composita*, stellis cylindricis flexuosis scabris: superne distinctis fastigiatis.
Amoen. acad. I. p. 96. t. 4. f. XIII: 5. Madrepora composita; cylindris flexuosis scabris, cetera hinc inde coalitis.
Habitat . . fossilis.
- turbinata. 33. *M. composita*, stellis turbinatis laeuius subdichotomis apice contingentibus.
Edw. au. t. 194.
Habitat . .
- fascicularis. 34. *M. composita*, stellis cylindricis rectis glabris: superne distinctis fastigiatis.
Baub. hist. 3. p. 795. Corallio affinis Madrepora.
Bonan. mus. t. 266. f. 9.
kirch. t. 288. f. 9. Balanorum cylindraceo glomus.
Gualt. test. t. 106. f. G.
Rumph. amb. 6. p. 245. t. 87. f. 3. Caryophaxeus.

Bocc. mus. I. p. 288. t. 5. f. 1. Madrepora I.

Shaw. afr. 17. Fungus tubulatus et stellatus.

Donat. marin. 53. t. 6.

Habitat in O. Africano.

E basi calcaria cylindri plures fastigiati distincti.

Ananas. 35. *M. composita, corporibus proliferis e centro pluribus vndique coadunatis, stellis conuexis striatis centro concavis. Amoen. acad. I. p. 92. t. 4. f. IX, VIII: 2.*

Brom. lith. t. 39. Fungites gotlandicus, breui pediculo, magno amplo pileo.

Helw. lith. 53. t. 5. f. 22. Corallium albidum superficie figuris asteriformibus propemodum oblitteratis.

Bocc. mus. I. p. 288. t. 9. f. 7. Astroites.

Habitat . . fossilis.

* * * *Ramosae: Stellis simplicibus.*

pertusa. 36. *M. ramosissima glabra, axillis perforatis, stellis conicis.*

Habitat . .

Rami similes Corallio albo, numerosi, subdiaphani.

Axillae perforatae cavitatibus maioribus s. minoribus.

Ramuli gerunt stellas turbinatas submembranaceas dentatas, intus striatas, quasi calyces ex caulis exterioris latere erecti, vnde bifariam cyathi stellares flexuosis ramis.

ramea. 37. *M. ramosa pinnata vndulato-striata, stellis terminalibus.*

Pet. gaz. t. 76. f. 7.

Marfigl. mar. t. 30. f. 136.

t. 31. f. 44.

Habitat in O. Americano et Asiatico.

Rami magni, solidi, bifariam alternatim ramosi. Stellae terminales ramulorum, solitariae, cylindricae.

rubra. 38. *M. ramosa glabra, ramis vagis, superficie striis obliquis, stellis obsoletis lateralibus.*

Baub. pin. 366. Corallium rubrum.

Tournef. inst. 572. f. 339.

Worm. mus. 231.

Ellis corall. 93. t. A, C.

Donat. marin. 43. t. 5.

Habitat in Mari Numidico ad la Calle.

Caulis teres varie ramosus divaricatus solidus; rubra corticalis substantia in maioribus discedit. Striae obliquae parallelae. Stellae parvae varioxes, sparsae, nec terminales.

- oculata.** 39. *M. ramosa glabra concaua, ramis alternis, superficie striis obliquis, stellis distiche alternis.*
Hort. cliff. 481. Madrepora simplex ramosa, ramis teretibus laevis solidiusculis, lamellis integris.
Worm. mus. 234.
Rai. hist. 62. Corallium album.
Tournef. inst. 573. Madrepora vulgaris.
Baub. hist. 3. p. 793. Corallium album oculatum officinarum.
Imperat. nat. 627. Corallium album fistulosum.
Ellis corall. 95. t. 35. f. B. Corallium album maius.
Morif. hist. 3. p. 655. f. 15. t. 10. f. I. Porus magnus Corallio affinis.
Gualt. test. t. 24. Acropora alba, foraminibus stellatis amplioribus.
Habitat in Mari Siculo, Tyrreno.
Caulis laevis, varie ramosus, solidus, versus basin cylindrico-cauus. Superficies striis obsoletis, obliquis, parallelis. Stellae non prominent, sed pori alterni stellati.
- virginea.** 40. *M. corallio subdichotomo solido albido, stellis sparsis prominulis.*
Corallium simile M. oculatae, a qua differt: Colore albido - purpurascete; Ramis rectis, nec flexuosis. Caule solido, nec tubuloso; Stellis sparsis prominulis, nec distiche alternis.

V. Z O O P H Y T A.

Animalia composita, efflorescentia.
Stirps vegetans.

302. ISIS. Flores . . .
Stirps radicans, lapideus, nudus, rigidus,
geniculatus.

Hippuris. 1. I. stirpe corallino, articulis striatis, geniculis attenuatis.
Hort. cliff. 480. Sertularia ramosissima, articulis sulcatis.

Mus. Tessin. 118. idem.

Clus. exot. 124. Hippuris faxea.

Bauh. hist. 3. p. 788.

Rai. hist. 68.

Besl. mus. 78. t. 23.

Olear. mus. 76. t. 35. f. 4.

Rumph. amb. 6. p. 228. t. 84. Accabarium album.

Gualt. test. 118.

Edw. au. t. 93.

Habitat . . .

dichotoma. 2. I. stirpe corallino, articulis laevibus, geniculis decoratis.

Pet. gaz. 7. t. 3. f. 10. Hippuris coralloides carnea capensis, geniculis limosis.

Habitat in M. Aethiopico.

ocracea. 3. I. stirpe corallino, articulis decorticatis, geniculis nodosis.

Hort. cliff. 480. Lithoxylon ramosum erectum articulatum rigidum, ramis saepius liberis oppositis compressis, geniculis crassiusculis.

Rumph. amb. 6. p. 234. t. 85. f. 1. Accabarium rubrum.

Habitat in M. Indico.

Zoophyta non sunt, uti Lithophyta, auctores suae Testae; sed Testa ipsorum; sunt enim corpora (uti flores) imprimis generationis organa, adiectis nonnullis oris motusque instrumentis. ut motum, quem extrinsecus non habent, a se ipsis obtineant.

Anastatica. 4. I. stirpe capillari paniculato minutissimo. Fig. 16.
Amoen. acad. 2. p. 64. n. 4, 5.
Act. angl. 1747. n. 484. t. I. f. 5.
Schaeff. monogr. 1754. t. I. f. 3, 4.
Needh. micr. t. 7. f. 3, 4, 5.
De Geer act. Stockb. 1747. t. 6. f. 4, 5.
Trembl. act. angl. 1747. n. 484. t. I. f. 5.
Habitat in Aquae dulcis Conchyliis, plantis; frequen-
Hydrum refert compositam in formam Anastaticae, sicut
adeo parua, ut vix nudis adpareat oculis; singulari
quemque ramulum terminat Hydra s. flosculus sen-
tiens, et ad minimum motum contrahuntur omnes in
globum more Anastaticae siccae; mortuis animalibus
restat stirps ramosa, rigida, dum ad tactum tactum
sentitur scabrities, quae oculo armato fructiculum
refert.

Encrinus. 5. I. stipite osseo subulato simplicissimo subcontorto.
Ellis corall. 96. t. 37. Hydra marina arctica, corporibus multis octotentaculatis basi iunctis et scapo perlongo osseo sustentatis.
Habitat in M. Groenlandico.

303. GORGONIA. Flores e poris sparsis lateralibus. *Ellis cor.* t. 26. f. 1.
 Proles rariores e calyce galeato bilabiato: Labio superiore tridentato; inferiore subtridentato.
 Stirps radicans, corneus, flexilis, continuus, cortice calvario crustatus.

Spiralis. I. G. simplicissima spiralis scabra.
Rumph. amb. 6. p. 202. t. 78. f. C. Palmiuncus guinus.
Habitat in India.
 Caulis crassitie pennae, ater, teres, adpersus per punctis acutis.

- Wentali- 2. *G. reticulata*, ramis lateribus externe compressis.
na. *Hort. cliff.* 480. Lithoxylon retiforme, ramulis oppo-
site compressis, fructificationibus subrotundis exsertis
prominentibus.
Boerb. lugdb. I. p. 6. Keratophyton maximum cine-
reum elegantissime reticulatum.
Calceol. mus. 17. t. 16.
Marsil. mar. t. 19. f. 84.
Bonan. kirch. t. 266. f. 12.
Rumph. amb. 6. p. 205. t. 89. f. 1.
Habitat in O. Americano et Asiatico.
*Differt haec a G. Flabello solum ramis non versus ra-
mulos, sed a lateribus exterioribus compressis, quod
cum e figuris hariolari non liceat, de synonymis sae-
pius dubium superest, utrum ad hanc vel alteram
spectent.*
- Flabel- 3. *G. reticulata*, ramis interne compressis.
lum. *Hort. cliff.* 480. Lithoxylon retiforme, ramis parallele
compressis: primordialibus crassioribus.
Clus. exot. 120. Frutex marinus elegantissimus.
Baub. hist. 3. p. 798.
Olear. mus. 76. t. 35. f. 2.
Rumph. mus. 6. p. 205. t. 79.
Ellis corall. 61. t. 26. f. K. Keratophyton flabellum
veneris Linnaei.
Boerb. lugdb. I. p. 6. Keratophyton album dense reti-
culatum fibris latioribus.
Habitat in O. Indico,
- Antipa- 4. *G. subramosa erecta laevis nitida.*
thes. *Marsill. corall.* t. 18. f. 82.
Ginann. adriat. t. 7. f. 20. Isis palma.
Habitat inter Tropicos, inque M. Adriatico.
Caulis crassitie fere digiti, erectiusculus, ater glaberrimus, parum ramosus.
- Cerato- 5. *G. dichotoma striata, axillis diuaticis.*
phyta. *Mus. Tessin.* 118. Lithophyton ramis virgatis atris, cor-
tice albo poroso.
Rumph. amb. 6. p. 223. t. 83. Virga sanguinea.
Catesb. car. 2. p. 21. t. 21. Lithoxylon longe ramo-
sum, cortice flauo perforato.

Ginam. adriat. t. 8. f. 21. Lithophyton mat. 25
cans.

Habitat in Indiis et M. Adriatico.

*Caulis dichotomus, erectus, substriatus, niger, axi-
diaricatis compressis. Rami flaxuosi, erecti, cor-
nei, medulla fere nulla. Crusta alba, membrata
cea.*

- pinnata. 6. *G. compressiuscula ramis distichis compressis.
Hort. cliff. 480. Lithoxylon pinnato-ramosum et
etum compressum flexile, ramulis setaceis.
Marsil. mar. t. 20. f. 94.
Brcyn. prodr. 3. p. 34. t. 30. Lithoxylon incre-
tum, ramis compressis setosis quasi pinnatis.
Clus. exot. 121. Quercus marina theophrasti.
Habitat in O. Asiatico.
Caulis parum compressus, ut rami duo latera spectet
superius et inferius. Rami alterni pinnati distichis
purpurascens.*
- aenea. 7. *G. paniculata, ramis alternis confertis dichotomis
setaceis.
Rumph. amb. 6. p. 207. t. 30. f. 2.
Habitat in India.
Caulis inferne nudus, superne paniculatus, omentis,
flaxuosus. Rami alterni, conferti, dichotomi, pellucidi
desinentes in ramulos fere capillares.*
- Placo-
mus. 8. *G. paniculata, ramis vagis tomentosis, calycibus es-
dentatis.
Breyn. prodr. 3. t. 29. Lithophyton fuscum sum-
mum.
Habitat in Mari Norvegico.*
- Abies. 9. *G. paniculata, ramis recurvis muricato-scabris.
Habitat in O. Indico.
Caulis laevis. Rami conferti recurvi, punctis acuti-
tis fere imbricatis, vix conspicuis, scabri.*

304. **ALCYONIVM.** *Flores Medusae, sparsi intra corticem Epidermide vesiculari poris pertusa. Ellis cor. t. 17. f. D.*

Stirps radicata, stuposa, tunicato-corticata, continua.

arboresum. 1. A. stipite arborecente, ramis obtusis.

Mus. Tessin. 120. t. 10. Lithoxylon noruegicum.

Clus. exot. 119. t. 119. Arbuscula marina coralloides.

Worm. mus. 230. Planta marina coralloides.

Baub. hist. 3. p. 797. Planta marina coralloides rubra.

Habitat in Oceano Noruegico.

digitatum. 2. A. acaule coriaceum oblongum rugosum.

Rai. angl. 3. p. 31. n. 2.

Ellis corall. 82. n. 2. t. 32. f. A, a. Alcyonium ramoso-digitatum molle, asteriscis vndique ornatum.

Habitat in O. Europaeo.

Bursa.

3. A. acaule pulposum subglobosum.

Baub. hist. 3. p. 795. Alga Pomum monspeliensium.

Baub. pin. 368. Bursa marina.

Rai. hist. 83. angl. 3. p. 31. Bursa marina.

Ellis corall. 82. n. 1. t. 17. f. B, C, D. Alcyonium pulmonis instar lobatum.

Habitat in O. Europaeo.

305. **TUBVLARIA.** *Flores Hydrae. Ellis cor. t. 16. f. C. et t. 17. f. A.*

Stirps radicata, subgeniculata, tubulosa, membranacea.

indiuisa. 1. T. cylindris simplicissimis geniculatis.

Rai. angl. 3. p. 31. n. 4. Adianti aurei minimi facie planta marina.

Ellis corall. 31. n. 2. t. 16. f. C. Corallina tubularia calamos arundinaceos referens.

Habitat in Oceano Europaeo.

Barrel. iam. 1275. f. 7. Muscus coralloides polygono-
noides, salicorniae folio, maior.

Habitat in Oceano Europaeo.

- fragilis. 3. *E. ramea dichotoma fistulosa continua compressa.*
Pluk. alm. 118. t. 168. f. 4. *Corallina fistulosa flexilis geniculata mollis americana, segmentis latis et compressis.*
Habitat in Oceano Americano.
- diuaricata. 4. *E. ramea dichotoma fistulosa continua diuaricata.*
Habitat in O. Asiatico.
Dichotoma, diuaricata absque geniculis, subflexilis, crassitie fili grossioris, longitudine digiti, alba.
- verticillata. 5. *E. ramea verticillata articulata cylindrico-anceps.*
Morif. hist. 3. p. 646. f. 17. t. 8. f. 14. *Fucus purpureus humilis tenuiter diuisus geniculatus.*
Rai. angl. 3. p. 34. n. 9. *Corallina lenta purpurea compressa.*
Habitat in Oceano Europaeo.
Facies Charae, valde flexilis. Articuli filiformes, verticillati, parum ancipites.

307. CORALLINA. Flores . . .

Stirps radicata, articulata, fibrosa cortice calcario: articulis punctatis.

- Opuntia. 1. *C. trichotoma: articulis compressis subreniformibus.*
Ellis corall. 53. t. 25. f. a, b.
Clus. hist. 2. p. 250.
Baub. pin. 364. *Fucus folio subrotundo.*
Baub. hist. 3. p. 802. *Scutellaria f. Opuntia marina.*
Pluk. alm. 118. t. 26. f. 1. *Corallina latifolia f. Opuntia marina.*
Imperat. natur. 853. f. 854. *Sertularia.*
Habitat in Oceano Europaeo, Americano.
- officina-
lis. 2. *C. trichotoma, articulis cylindricis: terminali ouato.*
Ellis corall. 48. n. 2. t. 24. f. A.
Baub. hist. 3. p. 810. *Corallina.*

- Baub. pin.* 363. *Muscus maritimus* f. *Corallina* c.
Rai. hist. I. p. 65. *angl.* 3. p. 33. n. I. *Corallina*.
Dal. pharm. 60. *Corallina*.
Habitat in O. Europaeo.
- squamata. 3. *C. bipinnata*, articulis obouatis compressis.
Ellis corall. 49. n. 4. t. 24. f. C. *Corallina* ang.
 erecta, ramulis dense pinnatis lanceolae forma.
Pluk. alm. 118. t. 48. f. 4. *Corallina* magis erecta
 pennata, eburneo nitore candicans.
Baub. pin. 364. *Muscus coralloides squamulis loricata*
Lob. ic. 2. p. 249.
Habitat in Oceano Europaeo.
- corniculata. 4. *C. dichotoma*, articulis bicornibus: corniculis articulis
Ellis corall. 50. n. 6. t. 24. f. D. *Corallina* alba
 gu, ramulis dichotomis: segmentis corniculatis.
Habitat in Oceano Europaeo.
- barbata. 5. *C. dichotoma* articulis cylindricis, ramulis apice barbatis.
Ellis corall. 53. t. 25. f. C. *Corallina* articulata
 maicensis.
Habitat in Oceano Americano.
- fragilissima. 6. *C. dichotoma*, articulis solitariis filiformibus diuarticulatis
Sloan. iam. I. p. 58. t. 20. f. 5. *Corallina* minima
 capillaceo folio?
Habitat in Indiis.
Parua, setacea, fragilissima, albissima, articulis simplicibus, rigidis.
- rubens. 7. *C. dichotoma* capillaris, articulis cylindricis brevibus
 mis: dichotomiae subclauatis.
Ellis corall. 59. n. 5. t. 24. f. E. *Corallina* ramulosa
 dichotomis teneris capillaribus rubentibus.
Baub. hist. 3. p. 811. *Corallinae* affinis f. *Muscus*
 rinus tenui capillo.
Baub. pin. 363. *Muscus capillaceus, multifido folio*
 albidus.
Habitat in Oceano Europaeo.
- cristata. 8. *C. dichotoma* capillaris: articulis omnibus clauatis.
Ellis corall. 51. n. 7. t. 24. f. F. *Corallina* dichotoma
 capillis densis cristatis spermophoros.

*Barrel. ic. 1296. f. 2. Muscus coralloides cristatus.
Habitat in Oceano Europaeo.*

Penicilliformis. 9. C. dichotoma capillaris inferne pinnata, articulis cylindricis.

*Ellis corall. 51. n. 8. t. 24. f. G. Corallina alba sper-
mophoros, capillis tenuissimis.*

*Morif. hist. 3. p. 651. f. II. t. 9. f. 9. Corallina mu-
scofa.*

Pluk. alm. 119. t. 168. f. 3.

Habitat in Oceano Europaeo.

Penicillus. 10. C. culmo simplici, ramis fasciculatis fastigiatis dichotomis flexilibus inarticulatis.

Habitat in Asia.

*Stirps crassitie pennae, longitudine digiti, cortice fere
tectus, e cuius apice, penicilli instar, fasciculus ramo-
rum filiformium.*

308. SERTVLARIA. Flores Hydrae. *Ellis cor. t.
5. f. A; t. 9. f. C; t. 10.
f. A; t. 20. f. C.*

*Stirps radicata, fibrosa, nu-
da, articulata: articulis
vnifloris.*

* *Ouariis distinctis et exsertis instructae.*

rosacea. I. S. denticulis oppositis truncatis, calycibus oblongis foliaceo-rosaceis, ramis alternis.

*Ellis corall. 6. n. 7. t. 4. f. A. Corallina pumila
pennata, denticulis teneris albis et oppositis, vesicu-
lis florem lilii vel mali punicae se expandentem refe-
rentibus.*

Habitat in Oceano.

pumila. 2. S. denticulis oppositis mucronatis securuatis, calycibus obouatis, ramis vagis.

Ellis corall. 9. n. 8. t. 5. f. A.

Rar.

*Sertulariae et plures affines radicatae sunt more plantarum, radiculis extra
se dispersis, quamvis flores harum animati motum, quem a ventis non
obtinent, voluntario nisu assequantur omnino animalcula.*

- Rai. angl.* 3. p. 37. n. 19. *Corallina pumila repens* minus ramosa, denticulis biugis.
Habitat in Oceano.
- operculata. 3. S. denticulis oppositis mucronatis erectiusculis, calycibus obovatis operculatis, ramis alternis.
Ellis corall. 8. n. 6. t. 3. f. B.
Rai. angl. 3. p. 36. n. 18.
Plukn. alm. 119. t. 47. f. II. *Corallina muscosa denticulata procumbens*, caule tenuissimo, denticellis et aduerso fitis.
Rai. hist. 79. *Morif. hist.* 3. p. 650. f. 15. t. 9. f. 3. *Muscus marinus denticulatus procumbens*, caule tenuissimo, denticellis biugis.
Morif. hist. 3. p. 650. f. 15. t. 9. f. 2. *Muscus marinus lentiginosus minimus arenacei coloris.*
Habitat in Oceano.
- tamarisca. 4. S. denticulis suboppositis truncato-subtridentatis, calycibus obovatis bidentatis, ramis alternis.
Ellis corall. 4. n. 1. t. 1. f. A. *Corallina vesiculata*, sparsim et alternatim ramosa, denticulis oppositis cylindricis: oribus crenatis patulis.
Habitat in Oceano.
- abietina. 5. S. denticulis suboppositis tubulosis, calycibus ovalibus, ramis alternis.
Ellis corall. 4. n. 2. t. 1. f. B.
Rai. angl. 3. p. 35. n. 12. *Corallina abietis forma.*
Pluk. alm. 119. t. 48. f. 5. *Corallinae affinis Abietis marina dicta.*
Morif. hist. 3. p. 650. f. 15. t. 9. f. 1. *Muscus marinus, filicis folio.*
Baub. hist. 3. p. 799. *Musci marini genus foliis pinnatis.*
Baub. pin. 365. *Abieti similis maritima.*
Habitat in Oceano.
- cupressina. 6. S. denticulis suboppositis subacutis, calycibus obovatis bidentatis, ramis sparsis.
Ellis corall. 7. n. 5. t. 3. f. A. *Corallina cupressina*, denticulis obtusis: paullulum alternis, ramis exigua et rariora capillamenta sparsis, vesiculis bidentatis.
Habitat in Oceano.

- gemtea. 7. *S. denticulis suboppositis mucronatis, calycibus ovalibus, ramis alternis paniculatis.*
Ellis corall. 6. n. 4. t. 2. f. C.
Rai. angl. 3. p. 36. n. 17. Plukn. alm. 119. t. 48. f. 3. Corallina muscosa alterna vice denticulata, ramis in creberrima capillamenta sparsis.
Morif. hist. 3. p. 650. f. 15. t. 9. f. 4. Muscus marinus minor, denticulis alternis.
Bocc. mus. 1. p. 259. t. 6. f. 6. Muscus marinus argenteus coralloides ramosus erectus.
Habitat in Oceano.
- auicularia. 8. *S. denticulis suboppositis mucronatis, calycibus globosis mucronatisque sessilibus, ramis dichotomis.*
Ellis corall. 36. n. 2. t. 20. f. A. et t. 28. f. 7. Corallina cellifera erecta, ramosa et plumosa, sphaerulas testaceas summa parte: autumque capitum formas e latere cellularum gerens.
Habitat in Oceano.
- rugosa. 9. *S. denticulis alternis obsoletis, calycibus rugosissimis, ramis vagis.*
Ellis corall. 26. n. 23. t. 15. f. A. Corallina exigua repens, denticulis alternis, fructus medicae cochlearum aemulis.
Habitat in Oceano.
- halecina. 10. *S. denticulis alternis obsoletis, calycibus ovalibus ore obliquo, caulibus coadunatis.*
Ellis corall. 17. n. 15. t. 10. Corallina erecta tubulosa pennata, halecis spinae facie.
Rai. angl. 3. p. 36. n. 15. Corallina scruposa pennata, cauliculis crassiusculis rigidis.
Habitat in Oceano.
- thuja. 11. *S. denticulis alternis tubulosis adpressis, calycibus obouatis ore cylindrico, caule dichotomo disticho.*
Ellis corall. 10. n. 9. t. 5. f. B. Corallina vesiculata, caule angulato rigido, ramis dense stipatis et bifurcatis terminantibus, denticulis cauli adpressis.
Rai. angl. 3. p. 50. n. 47. Sibb. Scot. 2. t. 1. p. 56. Fucus equiseti facie ostreae testae adnatus.
Habitat in Oceano.

- eburnea. 12. S. denticulis alternis truncatis prominulis, calycibus gibbis rostratis, ramis paniculatis.
Ellis corall. 39. t. 21. f. A. Corallina cellifera minima fragilis ramosa et vesiculifera, colore eburneo, cellis tubiformibus coniunctis paululum arcuatis et fere oppositis.
Habitat in Oceano.
- cornuta. 13. S. denticulis alternis truncatis spinosis, calycibus gibbis rostratis, ramis alternis.
Ellis corall. 42. n. 10. t. 21. f. C. Corallina cellifera minutissima falcata et crustata, cellulis capricornibus simplicibus vesiculas gerens.
Habitat in Oceano.
- Myriophyllum. 14. S. denticulis secundis acutis, calycibus cylindricis filibus, ramis pinnatis incuruatis.
Ellis corall. 14. n. 13. t. 8. f. A. Corallina pennata et falcata, pennas caudae phasianae referens, calycibus gibbosis.
Barr. ic. 1292. f. 2. Corallina fruticosa pennata.
Bauh. pin. 363. Muscus maritimus, filicis folio.
Morif. hist. 3. p. 650. Muscus marinus pennatus, ramulis et capillamentis falcatis.
Zanich. monogr. venet. 1714. *Ginann. opusc.* t. II. p. 24. Myriophyllum pelagicum.
Habitat in Oceano.
 Stirps rachin pennae referens, a latere anteriore exaratus, pennatus Radius e sulco alternis, simplicibus, approximatis, alternato-diuaricatis, parvis aequalibus, articulatis, incuruis.
 Fructificatio solitaria e singulo articulo radii, a latere incuruato, cylindrica, pellucida, ramo approximato, bractea subulata se dimidio brevior.
- falcata. 15. S. denticulis secundis tubulosis, calycibus ovatis pinnatis alternis.
Ellis corall. 12. n. II. t. 7. f. A.
Rai. angl. 3. p. 36. n. 16. *Plukn. alm.* 119. t. 12. Corallina muscosa pennata, ramulis et capillamentis falcata.
Morif. hist. 3. p. 650. f. 15. t. 9. f. 2. Muscus marinus, ramulis et capillamentis falcatis.
Habitat in Oceano.

- Pluma.** 16. *S. denticulis secundis campanulatis, calycibus gibbis cristatis, furculis pinnatis alternis lanceolatis.*
Ellis corall. 13. n. 12. t. 7. f. B. Corallina pennata et siliquata, denticulis florem lilii conuallium referentibus.
Bocc. mus. 1. p. 257. t. 6. f. 6. Pinnaria marina imperati.
Habitat in Oceano.
- antenni-** 17. *S. denticulis verticillatis setaceis, calycibus subseffilibus verticillatis, furculis subsimplicibus.*
Tournef. inst. 570.
Ellis corall. 15. n. 14. t. 9. f. b. nom. sequ.
Rai. angl. 3. p. 34. n. 10. Corallina astaci corniculorum aemula.
Pluk. alm. 119. t. 48. f. 6. Corallinae affinis non ramosa arenacei coloris, astacorum corniculis instar geniculata.
Rai. hist. 79. Muscus marinus equisetiformis non ramosus.
Ginann. opusc. 16. t. II. f. 25. Myriophyllum non ramosum.
β. Corallina ramosa cirris obsita. *Rai. angl. 3. p. 35. n. II.*
Habitat in Oceano.
Stirps simplex, spithamea, teres, setiformis, rigidiuscula, verticillata setis quaternis, breuibus, capillariibus, articulatis.
Frustrificationes solitariae ad setarum articulos a latere interiore l. superiore.
- verticil-** 18. *S. denticulis obsoletis, calycibus campanulatis denticulatis erectis verticillatis, pedunculis longissimis contortis.*
Ellis corall. 23. n. 20. t. 13. f. A. Corallina ramosa, ramis singulis equisetiformibus, in summis capillamentis contortis et verticillarim dispositis vesiculas campaniformes gerens.
Habitat in Oceano.
- volubilis.** 19. *S. denticulis secundis acutis, calycibus campanulatis dentatis, pedunculis longissimis contortis.*
Ellis corall. 24. n. 21. t. 14. f. A. Corallina minima scandens, vesiculas campaniformes in summo caule lineari contorto gerens.
Habitat in Oceano.

- Cuscuta. 20. S. denticulis obsoletis, calycibus ouatis axillaribus, ramis oppositis simplicibus.
Ellis corall. 28. n. 26. t. 14. f. C. Corallina cuscutae forma minima ramosa repens, ramulis oppositis, vesiculis minutissimis ouatis confertis: geniculis ramorum insidentibus.
Habitat in Oceano.
- Vua. 21. S. denticulis obsoletis, calycibus ouatis racemosis, ramis vagis.
Ellis corall. 27. n. 25. t. 15. f. C. Corallina minima repens, vesiculis ouatis vuarum instar ramulis adherentibus.
Habitat in Oceano.
- lendigera. 22. S. denticulis obsoletis, calycibus secundis cylindricis parallelis passim congestis, surculis filiformibus.
Ellis corall. 27. n. 24. t. 15. f. B. Corallina exigua, caule geniculato scandens, vesiculis ex vnoquoque geniculo sic dispositis, vt syringam Panis referant.
Rai. angl. 3. p. 38. n. 3. Fucoides lendigerum, capillamentis cuscutae instar implexis.
Habitat in Oceano.
- geniculata. 23. S. denticulis alternis contortis, calycibus obouatis subrostratis, caule geniculato flexuoso simplici.
Ellis corall. 22. n. 19. t. 12. f. B. Corallina minima repens, caule nodoso articulado vesiculis alternis instructo.
Habitat in Oceano.
- dichotoma. 24. S. denticulis obsoletis, calycibus obouatis axillaribus, pedunculis intortis, caule dichotomo geniculato.
Ellis corall. 21. n. 18. t. 12. f. A. Corallina procumbens, caule corneo longo filiformi articulado, vesiculis ramorum axillis pedunculis contortis insidentibus.
Habitat in Oceano.
- spinosa. 25. S. denticulis obsoletis, calycibus ouato-subulatis, ramis dichotomis spinosis.
Ellis corall. 20. n. 17. t. 11. f. B.
Rai. angl. 3. p. 34. n. 7. Corallina confervoides germanica latifolia alba, geniculis crassiusculis pellucidis.
Habitat in Oceano.

- pinnata. 26. S. denticulis obfolëtis, calycibus oualibus, caule simplici pennato lanceolato.
Ellis corall. 19. n. 16. t. II. f. A. Corallina fetacea instar arundinis geniculata, capillamentis singulis vnicuique geniculo alternatim dispositis.
Habitat in Oceano.
- polyzonias. 27. S. denticulis alternis subdenticulatis, calycibus obouatis polyzoniis, caule subramoso.
Ellis corall. 5. n. 3. t. 2. f. A, B. et t. 28. f. 1.
Rai. angl. 3. p. 35. n. 13. Corallina minus ramosa alterna vice denticulata, denticulis lineis transuersis externe striatis.
Habitat in Oceano.
- fetacea. 28. S. denticulis secundis subcylindricis, calycibus oblongis cauli adpressis, furculis alternato-pinnatis lanceolatis.
Ellis corall. t. 38. f. 4. Corallina fetacea.
Habitat in Oceano.
- stipulata. 29. S. denticulis secundis, calycibus campanulatis pedicellatis infra frondes, furculis alternato-pinnatis lanceolatis.
Ellis corall. t. 38. f. 5. Corallina capillamentis falcatatis.
Habitat in Oceano.
- Pennaria. 30. S. denticulis secundis, furculis bipinnatis.
Habitat in M. Indico. Steller.
 Caulis sesquipedalis, rudis, contortus, pinnatus Ramis alternis, subpetiolatis, distantibus, parallelis. Rami pennati radiis parallelis, approximatis et fere contiguus (vt in penna); Radii articulati, dorso conuexi, sed latere superiore imbricati. Sic rami referunt structuram Sert. plumam, sed distincta species magnitudine, compositione, approximatis radiis, facie.
- Lichenastrum. 31. S. denticulis obtusis bifariam imbricatis, calycibus obouatis secundis parallelis, caule pinnato, ramis dichotomis.
Ellis corall. II. t. 6. f. 10. Corallina erecta pennata, denticulis alternis cauli adpressis, longitudinis l. polypodii facie.
Habitat ad Kamschatka. Steller.

Caules compressi, nudi, articulati. Rami distichi praecurrunt, sed dichotomi, bifariam imbricati, foliolis obtusis (vti Ellis t. 6. f. A.), vt fere quadrangulares euadant. Ab altero latere tantum ramulorum Ouaria obouata, apice biantia, sessilia, proxima, parallela et pectinata serie secundum unicum s. imbricius latus ramuli.

cedrina. 32. S. denticulis subcylindricis tubulosis quadrifariam imbricatis, ramis vagis quadrangulis sursum incrassatis.

Habitat ad Kamschatka. Steller.

Caules longiusculi, sordidi et squalentes. Rami vagi saepe dichotomi, sensim versus apices vix manifeste crassiores, obtusi, toti quadrifariam undique imbricati tubulis cylindricis, flavescentibus, vnde rami valde quadrangulares euadunt. Differt a S. Tenax quod squamae non distinctae, sed omnino imbricatae et quod quadrifariam imbricatae sunt, rarius quadrifariam, nec bifariam.

purpurea. 33. S. denticulis subouatis tubulosis quadrifariam subimbricatis, calycibus erectis campanulatis, ramis dichotomis quadratis.

Habitat ad Kamschatka. Steller.

Tota atro purpurea, dichotoma, fastigiata. Rami tragoni, quadrifariam angulis imbricati squamibus tubulosis, ouatis, sed non ita confertis, vt sese tangant. Ouaria (forte) sunt squamae patentes, sum instar campanae sessiles, turbinatae, quam margo interior versus ramos breuior.

flexuosa. 34. S. denticulis obsolete, calycibus alternis ouatis subimbricatis, caule simplici flexuoso.

Loest. Act. Stockh. 1752. p. 114. t. 3. f. 5-10. Drepora plantaeformis mollis, caule flexuoso, ramis alternis turbinatis.

Ellis corall. t. 38. f. I. A. Corallina alterna viciatim articulata.

Habitat in Oceano.

* * Ouariis non distinctis, sed intra articulos laterales.

Bursaria. 35. S. denticulis oppositis compressis fastigiatis, ramis dichotomis.

- Ellis corall.* 41. n. 8. t. 22. f. A. Corallina cellifera minima ramosa, cellulis compressis oppositis, filiculae bursae pastoris formam aemulans.
Habitat in Oceano.
- loricata. 36. S. denticulis oppositis truncatis obsoletis.
Ellis corall. 40. n. 7. t. 21. f. B. Corallina cellifera mollis ramosissima, geniculis ad loricae formam accedentibus.
Rai. suppl. 15. Muscus coralloides mollis elatior ramosissimus.
Plukn. mant. 56. Corallina geniculata mollis, internodiis rotundis brevioribus.
Habitat in Oceano.
- fastigiata. 37. S. denticulis alternis acutis, ramis dichotomis fastigiatis.
Ellis corall. 33. n. 1. t. 18. f. A. Corallina cellifera erecta ramosissima tenerrima et plumosa.
Rai. angl. 3. p. 37. n. 20. t. 2. f. 1. Corallina pumila erecta ramosior.
Habitat in Oceano.
- neritina. 38. S. denticulis alternis acutis, ramis dichotomis inaequalibus.
Ellis corall. 35. t. 19. f. A. Corallina cellifera americana.
Habitat in M. Mediterraneo et Americano.
- scruposa. 39. S. denticulis alternis angulatis spinosis, ramis dichotomis.
Ellis corall. 38. n. 4. t. 20. f. C. Corallina cellifera minor repens ramosa et scruposa, cellulis alternis a latere angulatis.
Habitat in Oceano.
- reptans. 40. S. denticulis alternis bidentibus, ramis dichotomis.
Ellis corall. 37. n. 3. t. 20. f. B. Corallina cellifera minor repens ramosa, tubulis laevibus: interdum hamosis sparsim dispositis, fucis testisque alligata.
Rai. suppl. 15. Muscus coralloides pumilus ramosus.
Habitat in Oceano.
- ciliata. 41. S. denticulis alternis ciliatis infundibuliformibus, ramis dichotomis.

Ellis corall. 38. n. 5. t. 20. f. D. Corallina cellifera minima erecta ramosa, cellulis infundibuliformibus basi coniunctis, oribus patentissimis superne ciliatis et alternatim prominentibus.

Habitat in Oceano.

chelata. 42. S. denticulis secundis ore subtus cornuto, ramis alternis.

Ellis corall. 42. n. 9. t. 22. f. B. Corallina cellifera minutissima ramosa et falcata, cellulis simplicibus tauri cornu facie inuicem insertis.

Habitat in Oceano.

anguina. 43. S. denticulis nullis, furculis simplicissimis filiformibus obtusis.

Ellis corall. 43. n. II. t. 22. f. C. Corallina anguiformis minutissima non ramosa.

Habitat in Oceano.

Alba, quasi ex pilis brevissimis, obtusis, curvis composita.

polypina. 44. S. corpusculis concatenatis pellucidis hyalinis, particula subdigitata.

Ellis corall. 25. n. 22. t. 13. f. B, C.

Habitat in O. Europaeo, imprimis in M. Mediterraneo super plantas aquaticas.

Refert Corallinam s. Hydram, at pellucida tota.

309. HYDRA. Flos ore terminali cincto radiis.
Stirps subradicata, gelatinosa, ap-
florifera.

Polypus. 1. H. nuda, tentaculis septenis capillaribus.

Fn. suec. 1283. Hydra viridis, corpore aequali, taculis corpore brevioribus,

Amoen. acad. 2. p. 63. Polypus subcylindricus, o-
tis senis radiato.

Leeuw. act. angl. 261. f. 1, 2, 3, 4. et 183. p.

Trembl. polyp. t. 10. f. 8, 9.

Baker. polyp. 1714. oct. t. 1-22.

Baeck. Act. Stockb. 1746. t. 6. f. 1, 2.

Ellis corall. t. 26. f. C.

Schaeff. monogr. 1754. t. I. f. 1-15. et t. 2, 3.
Habitat in Aquis dulcibus.

Variat colore; viridis certe tentaculis brevissimis gaudet; reliqui longioribus; an itaque sufficienter specie distinguendae?

Haec, ianuam aperiente Tremblaeo, viam ad Zoophyta minutissima indigitabat.

campanulata.

2. H. nuda, tentaculis senis, inuolucro campanulato. †
Amoen. acad. 2. p. 64. Polypus campanulatus integerimus prolifer subcylindricus, ore fetis obuallato.
Baec Aët. Stockb. 1746. t. 6. f. 5, 6.
Schaeff. monogr. 1754. t. I. f. 4.
Habitat ad Angliam.
Vtrum ad Zoophyta aut Lithophyta sit referenda, vltius inquirendum.

socialis.

3. H. nuda mutica torosa rugosa.
Roef. inf. 3. p. 584. t. 95, 96, 94. f. 4.
Habitat in Aquis dulcibus.

stentoria.

4. H. nuda tentaculata, stirpe solitario sensum ampliato, apertura ciliata.
Roef. inf. 3. p. 594. t. . . f. 5, 6, 7, 8.
Habitat in Aquis dulcibus.

pyraria.

5. H. capsula mutica obouata, corpusculo tentaculis bigeminis.
Roef. inf. 3. p. 606. t. 98. f. d, e.
Habitat in Aquis dulcibus.

conularia.

6. H. capsula mutica campanulata, corpusculo tentaculis bigeminis.
Roef. inf. 3. p. 597. t. 97.
Habitat in Aquis dulcibus.

crataegaria.

7. H. capsula mutica globosa, corpusculo tentaculis binis. †
Roef. inf. 3. p. 604. t. 98. f. 3, 2: a.
Habitat in Aquis dulcibus.

opercula- 8. H. capsula mutica ovali, corpusculo tentaculis &
ria. liato. †

Roef. inf. 3. p. 609. t. 98. f. 5, 6.

Habitat in Aquis dulcibus.

umbella- 9. H. capsula ciliata globosa, corpusculo mutico.
ria.

Roef. inf. 3. p. 674. t. 100.

Habitat in Aquis dulcibus.

Capsula punctis lineaque flexuosa notata.

berberi- 10. H. capsula mutica ovali, corpusculo mutico. †
na.

Roef. inf. 3. p. 673. t. 99.

Habitat in Aquis dulcibus.

digitalis. 11. H. capsula mutica cylindrica semiclausa. †

Roef. inf. 3. p. 607. t. 98. f. 4.

Habitat in Europae aquis dulcibus.

*Ab orbe condito cimmeriis tenebris sepultos, hos maxime
inuisibilis incolas, accensa face eduxit cum plurimis
affinibus oculatissimus Roefiel.*

310. PENNATVLA. *Stirps* liber, subulatus: *Basi*
laevi; *Rachi* pennata.

Os baseos commune rotun-
dum.

phospho- 1. P. stirpe rachi vtrunque pennato.

rea. *Mus. Ad. Fr. I. p. 69.*

Tournef. inst. 569. Muscus pennam referens.

Barr. rar. t. 1273, 1274. Penna marina.

Bauh. hist. 3. p. 802. Penna marina.

Imperat. nat. 650. Penna marina.

Bauh. pin. 363. Muscus pennae similis.

Shaw. afr. app. 5. Fucus pennam referens.

Ginann. adriat. t. 55. f. 114. Penna marina.

Habitat in Oceano, fundum illuminans.

- Ilcofa. 2. P. stirpe rachi vtrinq̄ue pennata: basi tentaculis duobus.
Bocc. mus. 1674. p. 286. t. 286.
Habitat in M. Mediterranei Xiphiis.
Setae 2, rubrae, ad basin rachios pennatae insertae, ipsaque rachi longiores.
- Sagitta. 3. P. stirpe approximate pennato apice nudo.
Chin Lagerstr. 42. f. 3.
Habitat in Pelagi Lophiis Histrionibus, basi intra cutem inserta.
- mirabilis. 4. P. stirpe filiformi, pinnis lunatis pectinatis remotis distiche alternis.
Mus. Ad. Frid. 1. p. 96. t. 19. f. 4.
Chin. Lagerstr. 49.
Habitat in O. Norvegico.

311. TAENIA. *Stirps* liber, moniliformis, articulatus, membranaceus, articulis intus floriferis.

Os ad singulum articulum proprium.

- Solium. 1. T. ofculis marginalibus solitariis.
Amoen. acad. 2. p. 74. t. 1. f. 1.
Faun. succ. 1267. Taenia articulata teres.
Tyson. act. angl. 1683. n. 146. t. 1. et 2. f. 2, 6, 10.
Lumbricus latus.
Andry lumbr. . . f. 5. Solium.
Bewerw. thes. 202. t. 202. f. 3.
Plater. prax. 993. Vermis cucurbitinus.

Fff 4

Coulet,

TAENIA altera extremitate senescit, dum paritur ab altera, infinite procedens, uti radix Graminis.

Tyson, Andry, Tulpius aliique caput serpentiforme ad extremitatem crassorem depinxerunt, et se hoc vidisse dixerunt, sed fallunt, cum omnis articulus propria vita gaudeat, nec ullus vermis capite instruat, quod canicidiis constat.

TAENIAE articuli, distincti facti, Cucurbitini audiunt, renascentes novis articulis more matris, in infinitum, cum singulo articulo sit suum os, sua viscera. Animalia haec simplici catena composita, absque radice sunt, simillima ultimo ramo Sertulariae, latente intra unumquemque articulum animalculo cum sua fructificatione.

Coulet. monogr. Lumbricus latus.
Habitat in Intestinis Mammalium, Piscium.

- vulgaris. 2. *T. osculis lateralibus geminis.* *Amoen. acad.* 2. p. 7.
 t. 1. f. 2.
Faun. succ. 1266. Taenia articulata plana.
Plat. prax. 992. Lumbricus latus f. Taenia intesti-
 norum.
Schenk. obs. III. p. 408. Taenia.
Spigel. monogr. Lumbricus latus.
Barthol. act. 1673. p. 148. t. 39.
Andry lumbr. t. 9. Taenia vulgaris.
Bewerw. thes. 202. t. 202. f. Taenia.
Gadd. satagund. 88.
Habitat in Fontibus limo repletis. *Ego, Gadd; fre-*
quens in Homine, Canibus.

- lata. 3. *T. osculis lateralibus solitariis.* *Amoen. acad.* 2. p. 80.
 t. 1. f. 3.
Habitat in Mammalium intestinis.

- canina. 4. *T. osculis marginalibus oppositis.* *Amoen. acad.* 2. p.
 81. t. 1. f. 4.
Ruyfch. obs. 84.
Act. Stockb. 1747. t. 5. f. a.
Habitat in Mammalium intestinis.

312. VOLVOX. *Corpus liberum, gelatinosum, ro-*
tundatum, artubus, destitu-
tum.

Proles subrotundi, nidulantes
sparfi.

- globator. 1. *V. globosus.*
Backer. microsc. 322.
Roef. inf. 3. p. 617. f. 1 - 3. Globo-Animal.
Habitat in Europae Lacubus.

Voluendo seque rotando celeriter mouens absque artibus! viui parus natis, nepotibus, pronepotibus, abnepotibus conspicuis intra animalculum minutissimum.

Chaos. 2. V. polymorpho-mutabilis. †

Roef. inf. 3. r. 101. f. A - T.

Habitat in Aquis dulcibus.

Forma propria destitutus omnes anomalas assumens et citissime immutans, Proteo inconstantior.



APPEN-

*Pauca haec vidimus operum DEI,
Multa obfcondita sunt maiora his.*


Syrac. XLIII: 3.

APPENDIX.

- curcu- A. CERAMBYX thorace mutico: ocellis quatuor ni-
lioides. gris elytrisque sesquialtero, antennis mediocribus.
(pag. 395 §. 44-45).
Habitat in Germania. Berg Isacson.
Statura et magnitudo Curculionis abietis. Thorax
Elytraque nebulosa; strigis flavis, sparsis, undatis.
Ocelli 4 supra thoracem, quorum posteriores mino-
res, prioribus approximati; Elytra singula in medio
Ocello atro iride lutea et anterieus ocello dimidiato
minus euidenti.
- Catax. A. PHALAENA Bombyx elinguis, alis reuerfis flavis vni-
coloribus: puncto flauo. (p. 500. §. 20-21).
Habitat in Germania. Berg Isacson.
Statura et Magnitudo PH. B. Neustriae, sed tota fla-
ua: alarum puncto centrali albo: margine obsolete
rufo. Inferior Alarum margo reuersus albus.
- grammi- B. PHALAENA Bombyx spirilinguis, alis deflexis luteis:
ca. superioribus flavis nigro striatis; inferioribus fascia
terminali nigra. (p. 506. §. 51-52).
Habitat in Germania. Idem.
Statura PH. Iacobaeae, sed paulo maior. Alas Superio-
res angustae et fere lanceolatae, inferioribus pallidio-
res: Striis nigris subramosis; subtus versus apicem
fuscescentes. Inferiores saturate-luteae: postice su-
pra fascia latiuscula nigra et subtus fascia puncto
maiusculo nigra. Abdomen luteum, quinquefariam
nigro punctatum. Antennae nigrae, angustissimae,
ut vix manifeste pectinatae.
- rufina. C. PHALAENA Bombyx spirilinguis cristata, alis rufis
fasciis subfuscescentibus: postica latiore; subtus rufes-
centibus, (p. 507. §. 57-58).
Habitat in Germania, ab eodem.
Antennae angustissimae. Tentacula magis saturate rubra.
- Hesta. D. PHALAENA Noctua elinguis lutea, alis deflexi
superioribus fasciis duabus albidis obliquis punctis
interruptis. (p. 508. §. 61-63).
De Geer. inf. t. 7. f. 12.
Habitat in Europa. Clerck.

Simillima Phal. Lupulinae, *sed dimidio minor*. Antennae *similiter brevissimae, luteae*. Alarum *fascia e punctis maioribus*. *Synonymon itaque De Geerei ad Phal. 63. excludatur.*

- teutona-
ria. E. PHALAENA *Geometra* pectinicornis, alis cinereo-griscentibus: striga ferruginea, posteriusque ordine transverso punctorum nigrorum. (p. 522. §. 149-150).
Habitat in Europa. Berg Isacson.
Ordo punctorum etiam in inferiori pagina adest.
- rutinana. F. PHALAENA *Tortrix* alis superioribus flavescentibus macula marginali posterius fusca. (p. 531. §. 213-214)
Habitat in Europa. Clerck.
Alae flavescentes: Inferiores albidiores; Superiores in medio litura oblitterata obliqua et macula fusca ad marginem exteriorem s. crassiorem, versus posteriora.
- vddman-
niana. G. PHALAENA *Tortrix* alis cinereis macula ferruginea marginis dorsalis transversa. (p. 513. §. 213-214).
Habitat in Europa. Clerck.
Alae Superiores cinerae, parum nebulosae, margine exteriore strigis nigris minimis; in medio marginis dorsalis macula transversa fusco-ferruginea.
- Planci. A. ASTERIAS stellata lobis quindecim echinatis. (p. 662. n. 8-9)
Column. phytob. app. t. 38. f. A. Stella marina pentacaidecatis.
Habitat ad Goam Asiae.



Ea quae scimus sunt pars minima eorum,
quae ignoramus.

EMENDANDA.

- P. 4. l. 2. interiori lege in interiore.
 14. l. 9. a fine *solipedes* lege *solidipedes*.
 21. l. 5. a fine post *tales*. adde: et morimur vt mortales.
 221. §. 251. 155. 156.
 284. §. 10. P. deletur.
 317. §. 2. post *primus* deletur P.
 349. §. 30. 359. 349.
 353. §. 58. 377. 357.
 378. §. 11. 475. 474.
 497. not. lin. 4. Furca, leg. *forficali*.
 645. §. 266. TRITON leg. CHITON.
 775. §. 621. t. 8. f. D. leg. tab. 7. f. C.







